sancta mater ecclesia Hec dies absoluti pre-
terierunt dies obseruabiles redeunt
/ in hijs quoque diebus exhibeamus nos sicut
dei ministros / Hoc quoque presens tempus est tempus
quadragesime dies incipiens ab hac domini-
ca et protenges vsque ad quintam feriam
in cena domini / in qua die dominus sacrificium
noui testamenti instituit et panem
angelorum nos refecit et reficit / in
quo nobis est signatum quod quod tempus quadra-
gesime spiritualiter peregerit dominice gratie
placacionis satietate replebitur / Vnde
tempus quadragesime est tempus milicie
pane in quo arcius contra vicia dimicare
debemus / et propter hoc in ewangelio huius
dominice legitur de milicia Christi et eius
victoria et ieiunio sicut et in epistola monet
nos apostolus ut ieiunemus exemplo salua-
toris qui quadraginta diebus et quadra-
ginta noctibus sicut ewangelium dicit
ieiunauit / Et apostolus hortatur nos
in epistola ut habeamus suauitatem que est
a spiritu sancto et de illo spiritu sancto dicit
ewangelium quod duxit ihesum in desertum
et ita idem spiritus ducit suauiter quelibet
fidelem in desertum penitencie / et apostolus
hortatur nos ut induamur arma iusticie

quibus armis hostem possumus quecumque
qui hostis vocatur dyabulus et sathanas
in ewangelio quod prius glose vocat / Sic
ewangelium dicit tunc cum tentatores nos
possumus vincere si fuimus muniti ar-
matura iusticie / Insuper ulterius hortatur nos
ut exhibeamus nos sicut dei ministros
/ nos ministri dei fugant per illos angelos
de quibus dicitur in fine ewangelii accesse-
runt angeli et ministrabant angeli ei
/ singulariter quod in hac epistola hortatur nos
apostolus ad operationem boni / sicut mercator
inde facit dives / utamur quod prius cibis
cibis et potibus / Et ad declinationem ma-
li ibi nemini dantes ullam offensionem
Secundo quod hortatur nos apostolus ad gratie susceptionem
et excitationem / Secundo ad gratie conservationem
ibi nemini dantes ullam offensionem
/ tercio ad eius qui satorem ibi per arma iusticie
apostolus primo loquitur cunctis fidelibus et specialiter
penitentibus dicit hortamur
vos .i. docet ita prius regaliatoris ministros
nos fecit et ideo nos adiuvate vos
verbo exhortationis et orationis suffragio magnum
adiutorium verbum / maius exemplum / maius
orationis suffragium . exhortamur vos
quod ne in vacuum .i. sine fructu gratiam dei
in remissione peccatorum que ex mera gratia
et non ex operibus remittuntur / recipiatis
quod simpliciter recepistis / et per quod estis vere
penitentes / et per quod vobis peccata sunt
remissa / unde secundum glosam ille in vacuum
gratiam dei recipit qui post recep-
tam gratiam in bonis operibus se non exercet
unde secundum eosdem primo gratia dei in me vacua
non fuit / gratiam in qua que datur ad bene
vivendum et ad gloriam in futuro consequendam
/ et ideo qui illius effectum non sequitur in
vacuum gratiam dei recepit sicut medicina
ad quam non sequitur sanitas . Nota
circa litteram secundum hay quod exhortatio est
species doctrine qui aliquis verbo vel exemplo
consolationem prestat alteri ut gratia aliquis
virum videt fratrem suum in merore et
tristicia positum propter amissionem filiorum

et uxoris et propter dampna rerum temporalium dum
ei reducitur ad memoriam et per exemplum
quod talia et contra sustinuit beatus Job paciencia et
quomodo per quemodum meruit .i. quod postea
patientiam omnia recipere duplicata / ista consolatio
et talis monitio exhortatio dicitur / et si aliquis
videt alium tristem et dolentem propter amissionem
luminis oculorum qui ei reducitur ad memoriam
thobiam et exemplum sic ei aliquis consolationem prestat
tunc dicitur exhortatio / et si quis aliquis videt
alium dolentem nimis contristari propter peccata sua
et quasi in desperationem lapsum sic tunc ei verbo
et exemplo consolationem prebet ne desperet de
venia et salute adducens per exemplum mariam
magdalenam cuius deus omnia peccata dimisit
et latronem qui in cruce audire meruit ho-
die mecum eris in paradiso / exhortatio licet
et consolatio dicenda est / sic et si alius positus
in singulari certamine cum inimico suo qui
adiuvans ex circumstantibus dicit pugna fortiter
noli dubitare et noli desistere quia victo-
riam obtinebis / exhortationem ei prebet sic
et quando aliquis positus in certamine bone operationis
contra dyabolum / vicia carnis et mundi
ammonet ut non deficiat neque cesset
ab opere in cepto exhortationem bonam ei
prebet unde apostolus alloquens corinthios et
in eorum persona omnes fideles dicit hortamur
vos scilicet mea predicatione meo quoque exemplo omnibus
que modis ne in vacuum .i. in vane et inutiliter
gratiam dei recipiatis / unde omnia bona que spiritualia
non gratis dantur dicuntur gratia quia gratis ei
conceduntur / unde gratia dei est scilicet fidem
spem et caritatem sapientiam divinam et scientiam
Et bona temporalia / Iste quod gratiam dei in va-
cuum recipit qui veniens ad fidem remis-
sionem peccatorum in baptismo recipiens preceptis
dei inobediens existit / non adhibendo stu-
dium ut dei precepta possit ipso adiuvan-
te implere quia fides sine operibus mortua est
et in animo sine vacuum et bona temporalia a
deo concessa percipit quia illa hylariter mente pau-
peribus pro dei amore erogare non studet
Et ut totum concludatur quomodo gratiam dei in va-
cuum accipiat dominus dicit in ewangelio [illegible]

apls ite docete om̄s gentes fide sc̄e
trinitatis baptizantes eos et docentes eos
servare om̄ia quecumque mandavi vobis quicumque ergo
non fide venit et non servat que in lege
et in ewangelio continentur in vacuum gratiam
dei recipit sed quia posset aliquis dicere re-
cipere gratiam hoc non est in mea potestate / hic
respondens aplus ostendens quod dominus paratus
est dare et hoc facit auctoritate scripture dicens
ait enim quod dominus loquens per prophetam ysa-
ie xlix° tempore accepto quod in tuo ore habeo ad
miam et veram penitentiam exaudivi te
scilicet a peccatis liberando vel tempore accepto i.
tempore legis nove quod est tempus gratie exaudivi
te quia oraciones fidelium exaudiende sunt per xpm
et in die salutis scilicet qua nata est mundo
vera salus i. xpus adiuvi te ad bona
opera gratiam admittere et conferendo vel sic
in die salutis i. in tempore xpi qui operatus
est salutem in medio terre adiuvi te scilicet
opera perficiendo ad quam salutem non intra-
bat tempore veteris testamenti quia dicit super litera
o ho ego audivi te orantem pro peccatis tempore
accepto scilicet tempore gratie et in die salutis quia
scilicet xpus salus nostra natus est in mundo
adiuvi te de assumptione constitutum et per-
severancia bonorum operum vel sic hoc tunc
tempus acceptum deo patri et dies salutis
nobis quando fuit dies passionis domini
sive tempus in quo tempore deus pater decrevit dis-
posuit et predestinavit per passionem filii
sui salvare et redimere genus humanum
isto tempore accepto deus pater exaudivit
filium suum quia quod oravit filius pro salu-
te generis humani totum impetravit / unde in ewangelio
Iohannis legimus quod xpus tempore sue passionis
oravit dicens pater quos dedisti michi vo-
lo ut ubi ego sum et ipsi sint mecum et
alibi non pro hiis rogo tantum sed pro hiis qui
credituri sunt per verbum eorum in me / et iterum
cum oravit pater clarifica filium tuum venit
vox de celo dicens et clarificavi
in tempore baptismatis et in monte tha-
bor coram discipulis / et clarificabo tercia

die te suscitando a mortuis / hic exau-
ditus est pro suis persecutoribus cum in cruce
pendens pro eis oravit dicens pater dimit-
te illis quia nesciunt quid faciunt et ex
hiis predicatorum aplorum multa milia
post eius ascensionem crediderunt adiuvit
etiam illum in die salutis quando humanum genus
tercia die devicto morte inferno ipsum
a mortuis resuscitavit / sic ita quod illa
retulimus ad caput omnium electorum i. ad
xpm referamus etiam ea et ad membra
ipsius / unde tempus acceptum quo exau-
diri possumus / et dies in qua salutem
nobis eternam procurare possumus ab
exordio domine predicacionis est et maxime
ab eius resurrectione usque ad diem iu-
dicii in quo tempore per bona opera possumus
esse acceptabiles deo patri et placere
illi atque exaudiri ab illo / hoc tempus
aplus tangens subiungit / ecce nunc tempus
acceptabile ad liberandum de malis
et ad merendum / unde glosa hoc est tempus
in quo morbis incurabilibus medicina
salutaris infunditur eccl. iiii° concupiscencias
et conversa a malo. ecce nunc dies sa-
lutis ad adiuvandum in bonis et ad premium
assequendum super hoc tempus acceptabile
ad penitenciam agendam vita presens
est usque ad diem iudicii que etiam appel-
latur dies salutis in qua salutem nobis
eternam possumus promereri de hac die dicit
salvator ambulate dum lucem habetis
huic diei succedit nox et tenebre
eterne dampnacionis in qua nemo poterit
operari / et aplus dicit dum tempus habe-
mus operemur quod bonum est / unde mo
peccatores possunt ad indulgenciam consequi mo-
dos valemus veniam obtinere quia sic
dicit ps in inferno nemo confitebitur
deo quantum ad veniam quia ibi erit penitencia
sed sera et tarda / nemini dantes ullam
offensionem i. nec verbo nec opere nec
exemplo scandalizetis aliquem / ut non vituperetur
ministerium vestrum quod in vobis est vel mala fo

sic dicit xpc venit nox in qua nemo
potest operari.

dictorum redundat in vituperium prelatorum ¶ Vel secundum hay[monem] ne dantes ullam offensionem, offensio est perpetue scandalum vel ruina / sed in quolibet loco ponitur pro occasione. Unde sensus: ne dantes ullam offensionem, id est occasionem peccandi aut in verbo aut in sine operationis exemplo / vel neminem scandalizemus in aliquo sermone vel facto. Unde scandalum est dictum vel factum minus rectum prebens occasionem ruine. ut non vituperetur ministerium vestrum. apostolus loquitur ex persona sua et omnium predicatorum secundum hay. quorum ministerium vituperatur et contempnitur si illud quod de vobis agendum dicunt operibus destruunt aliud predicantes in publico et aliud agentes in occulto. sed in omnibus pro actibus nostris sive verbis vel in omnibus tribulacionibus a deo inflictis vel ab homine illatis vel in omnibus temptacionibus ad salutem exhibeamus, id est presentemus vel proprie et voluntarie offeramus nosmetipsos, scilicet personaliter pressuris exponendo, sicut dei ministros, hoc est ipsi christo quanto possumus ipsi conformari debemus. Unde hay dicit quod dei minister est qui deo militat et deo servit verbo doctrine et fructu operacionis bone. quicumque ergo vult esse minister dei ille debet deo in omnibus ministrare ut in omnibus que agit cognoscatur esse verus dei cultor. Unde glosa: agat sic ut doceat nescientem, pascat esurientem, potet sicientem, vestiat nudum, calefaciat algentem, sepeliat mortuum etc. et in hiis omnibus non querat humanam laudem nec hominibus placere sed dei graciam et dei preceptis obedire. Unicuique ergo hoc fecit et sic deo ministrabit merebitur ab illo audire cum electis: quod uni fecistis ex minimis meis mihi fecistis. ¶ Sequitur in multa paciencia. Ubi in speciali applicat suam exhortacionem et quia in malis bene tollerandis paciencia primo est necessaria ideo dicit in multa paciencia,

id est totali paciencia scilicet cordis oris et operis quia doctrina viri per pacienciam noscitur proverbiorum xix° dicitur et in multa propter multitudinem malorum supervenientium. Unde secundum hay paciencia que non deficit inter adversa huius seculi et hanc habuerunt sancti martires et non dicit in parva vel in modica paciencia sed in multa ut exhibeamus nos sicut dei ministros. Unde paciencia est patienter ferre delinquentes sicut apostolus sustinuit corinthios qui post quam ad fidem venerunt ad vicia pristina redierunt quos apostolus in presenti epistola corripuit quousque eos ad fidem revocavit. in tribulacionibus scilicet adversitatum in necessitatibus scilicet victus et vestitus ut in fame siti nuditate et ceteris secundum hay. necessitas dicitur eo quod in necesse sit posita vel in periculo mortis. ubi apostolus prop[ter] pacienciam servare / Unde prima ad cor. iiii° dicitur usque in hanc horam esurimus et sitimus. in angustiis in cura animi et timore. ii° cor. xi° in instancia mea cottidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Unde omnis indigencia et inopia angustia vocatur. in plagis in corporum verberibus / Unde apostolus sepe cesus est plagis virgarum et gladiorum. ii° ad cor. xi° a iudeis quinquies quadragenas una minus accepi. in carceribus sepe etc. in carceribus retrusus est propter christi nomen ubi non cessavit donum dei predicare sua salute contempta. monet ergo apostolus nos talia pati propter amorem christi si necessitas fuerit cum multa paciencia prout ipse sustinuit usque ad decollacionem. in sedicionibus, id est in publicis motibus contra se actuum xxvii° et xix° / Unde secundum hay seditiones proprie ad cives pertinent ut sunt tumultus et concitaciones et contenciones. debemus ergo deo ministrare quod quanto in omnibus libenter ubi exhibeamus personaliter

metipsos fideles quia sicut dei ministri
simus quia in multa paciencia constantes qui in tri-
bulacionibus. Sequitur in laboribus hic apostolus
monet ad bona opera et tangit sex condi-
ciones boni operarii primo quod sit operosus et hec
contra accidiosos ibi in laboribus secundo quod sit
sollicitus contra somnolentos ibi in vigiliis
tercio sobrius contra gulosos ibi in ieiuniis
quarto mundus contra voluptuosos ibi in
castitate quinto discretus contra vanos
ibi in sciencia sexto constans contra fugitivos ibi
in longanimitate. Primo dicit in laboribus id est ex-
hibeamus nos in laboribus propriis manibus
laborando. Unde apostolus hoc fecit apud
corinthios ut constu[?] fuis apostolus predicaret
et eciam ne aliquos gravaret. Unde corinthii
adhuc novelli erant in fide et pro modi-
co reputabant sed quantos[?] Item quia apostoli
erant edocti a spiritu sancto ideo non indige-
bat studio sed poterat vacare labori
manuali. In vigiliis scilicet in nocte labo-
rando in officio sibi delegato. Unde actuum
xxo dicitur de paulo quod protraxit sermonem
usque ad mediam noctem. Unde secundum glossam
quod apostolus non solum laboravit in predicacione
sed eciam sollicitus in labore manuum desuda-
bat unde sibi victum et amictum acquire-
bat ne gravis esset suis auditoribus et
ipse non solum die predicabat sed eciam nocte
a predicacione et labore non quiescebat a
aliis alios operare. In ieiuniis scilicet frequentibus
vel coactis unde aliquando voluntarie ieiunabat
ad repressionem carnis vel ad aliorum edifi-
cacionem aliquando in victu propter ciborum defectum et
ne vestris[?] causa in ieiunaret penitet tol-
lerabat et deo gracias agebat. Unde sicut
medicina necessaria est vulneribus ita ieiunia
necessaria sunt mentis vulneribus. In castitate scilicet
mentis et corporis unde castitas dicitur puri-
tate mentis redundat in corpus. Vel secundum
sanctum hugonem castitas est mens corporis in macula-
te et impolute custodire ab omnibus delecta-
cionibus libidinis castitas mentis est integritas
fidei quia illa vera est castitas quam mente
polluimus in sciencia veteris testamenti et novi
simus occupati et non in simulacione neque in
humana sapiencia quia sine caritate homines inflat
Vel sic in sciencia scripturarum quantum ad cognicionem
dominicorum et humanorum ad salutem necessariorum. Unde
primo corinthiorum viii sciencia inflat caritas edificat[?] in longanimitate
in longanimitate scilicet expectacionis
premii sic quod pacienter expectemus divina
promissa. Unde longanimitas est animi longa
perseverancia et paciencia in adversis hec sunt in
suavitate scilicet affabilitatis et societate
ut nulli facti nec verbis nostris amaritudi-
ne gravemus suavitate dico habita in spiritu
sancto et non sicut illi qui per dulces sermones se-
ducunt corda innocencium Romanorum xvio in fi-
de et levitate sermonis fecit illud vel in spiritu
sancto id est ut simus templum spiritus sancti in carita-
te non ficta id est non fragili vel simulata sicut
pseudo apostoli qui similant sibi fictam cari-
tatem ut decipiant. Unde hugo caritas ficta
est cum quis videns fratrem suum peccare
et non corripit eum sed adulatur. Vel sic
ficta caritas est cum quis videns fratrem
suum in necessitate positum derelinquit eum
quem antea profitebatur toto visu mentis
diligere. Sed firma caritas est cum diligimus
proximum sicut nos metipsos et cum tempore
prosperitatis adherere videbamur eundem tempore
persecucionis non derelinquimus de hac dicit
iohannes in canonica filioli non diligamus
lingwa sed opere et veritate. In verbis veritatis
scilicet predicando et loquendo vel secundum in verbo
veritatis id est in doctrina ewangelii ut veri-
tatem loquamur cum proximis nostris in virtute dei
id est in divinis operibus scilicet iusticie et pietatis
ad utilitatem aliorum nos exercendo.
Vel secundum in virtute dei supple ponamus
spem nostram et non in nostra audacia
aut in carnis hominis potencia quia maledictus
homo qui confidit in homine Ieremie xviio Vel sic
in virtute dei id est non nobis nostris deputa-
temus si quid boni agimus sed virtuti dei

vīd

qua adiuuante omnia bona possumus in plenitudine
Nota ista illa beatam quod virtus est nata septem
generibus hominum / primo presidentibus nata est
virtus directionis ut corrigat ecclesiastici vii°
noli velle fieri iudex / secundo predicantibus
nata est virtus discretionis ut quod
dicit faciat psalmus dominus dabit verbum e-
wangelizantibus / tercio iubilantibus virtus
deuotionis ut quod cantat sentiat / ecclesiastici xxiiii
exultantes dominum replemini virtute maior
enim est omni laude / quarto pugnantibus
virtus fortitudinis ut qui in pugnat vincat
psalmus precinxisti me virtute ad bellum / quinto
penitentibus virtus constantie ne recidiuet
iiii regum xxiii° de Iosia dicitur quod re-
uersus est ad dominum in omni corde suo et
in tota anima sua et in vniuersa virtute sua
et in psalmo ibunt sancti de virtute in virtutem / sexto
proficientibus virtus perseuerantie ut ostendat
psalmus multiplicabis in anima mea virtutem / septimo
laborantibus virtus caritatis ne defi-
ciat ad ephesios iii° det vobis deus secundum
diuitias glorie sue virtute corroborari
per spiritum eius in caritate quia caritas omnia
sustinet / sic igitur exhibeamus ministros
dei qui est eucharis habere deum sua-
uitate in conuersatione caritate in corde
veritate in sermone et virtute in opere / De
per arma iustitie. hic est tercia pars lectionis
epistole in qua apostolus hortatur nos ad
gerendum suscepte conuersationis ... per ar-
ma quod dicit exhibeamus nos sicut dei ministros
et hoc per arma iustitie i. per iusticiam
que more armorum protegit nos ad ephesios
v° i. induti loricam iustitie / arma dico
protegentia a dextris scilicet prosperitatis
ne eleuemur per superbiam et a sinistris
scilicet aduersitatis ne frangamur per impatienciam
exhibeamus nos et sicut dei ministros
per gloriam scilicet hominum non appetendam / et
ignobilitatem nam scilicet non formidandam
vel non tremendam i. non timeamus

de gloria hominum vel ignobilitate / Vel sic
non tremamus siue dicamur ab hominibus gloriosi
siue ignominiosi / Vnde glosa super primum est secundum
quod fama cum laude / Vel sic per gloriam
i. ut glosa de ipso et etiam que videntur
ignobilia predicemus / Secunda ad corinthios primo nos
autem predicamus Christum crucifixum iudeis quidem
scandalum etc. Vel per infamiam et bonam famam
i. siue infamemur siue bonam famam habeamus
tunc nec de bona fama extollamur nec
suppeditamur nec de fama i. infamia doleamus
vnde iusti sunt aliis odor vite in vitam aliis
odor mortis in mortem / Vel sic secundum Haymonem per
arma iustitie i. per arma virtutum in prosperis
in prosperis et in aduersis / vnde ille sic ar-
ma i. custodia virtutum a dextris tamquam
contra prospera huius seculi non eleuantur super-
bia / a sinistris quoque arma habet
que aduersa non deiciunt neque frangunt
virtus igitur paulus a dextris et a si-
nistris arma portabat et in medio
scutum extendebat i. tendebat cum ta-
lia diceret quia in prosperis erat humilis
et in aduersis fortissimus / sic et semper
adesse debet mentibus viris in aduer-
sitate fiducia et prosperitate cauta et in prosperi-
tate timor / ne per aduersa in desperationem
nos pertrahat sicut Cayn et Judam pro-
ditorem aut prospera animum in tumorem ex-
tollant superbie / et in sui fiducia de-
cipiat sicut nabuchodonosor / Nonne hec
est babilon quam edificaui per gloriam et
ignobilitatem vnde secundum Haymonem sicut nobilis
dicitur nomine ab illis ita ignobilis dicitur
sine nomine dignitatis / sed autem apostoli
aput fideles gloriosi habebantur
et laudabantur ab illis esse veraces sed
et iusti sed aput infideles ignobiles
et sine aliqua laude et ideo dicit apostolus
per gloriam fidelium et ignobilitatem
fidelium ita et nos inter illos a quibus

fama

gloriosi dicimur et inter illos a quibus ig-
nobiles pronunciamur id est tradamus pacien-
ter sicut dei ministri ut neque favore
neque laude fidelium elevemur neque de-
tractione infidelium deiciamur. Alter per gloriam
sapientie divine et per gloriam virtutum sine mi-
raculorum et per ignobilitatem flagellorum
deprecationum et carcerum patienter tradi-
mus. per infamiam et bonam famam infamiam
id est mala fama sed bona fama est opinio
et laus bona ut quod et pariter tra-
damus sentites custodia virtutum a dextris
et a sinistris plus credentes nobis ipsis
de nobis quod scimus quam illorum verbis. Deinde
sequitur ut seductores supple nos repu-
tati et tamen veraces existentes quod seduc-
tores vocabantur secundum falsam reputationem
sed veraces erant secundum veritatem. unde Salvator
ut qui veritas est reputatus est et dicitur
est seductor. Ait propositum. Ubi notandum quod
quidam homines opinantur ipsos viros alii
pati defectum boni spiritualis. alii boni
eternalis alii boni corporalis alii boni
et boni sensualis alii boni temporalis de-
qua tamen opinione isti homines curare non
debent quod isti defectus non sunt in eis
nisi reputatione. propter primum defectum ita se
gerimus dicit exhibeamus id est quod nos nos
dico reputati a multis hominibus
ut seductores scilicet per ficta vita
et falsam iustitiam et perversa doctrina. Opi-
nantur enim in nobis defectum spirituale bo-
num quod est caritas vite doctrine et
iustitie et tamen non est ita sed in nobis
est oppositum et ideo addit et veraces
supple sumus coram deo habentes per
dictam triplicem veritatem. propter secundum
defectum addit sicut ignoti id est exhibeamus
nos nos dico reputati a multis
sicut ignoti et sicut a deo presciti et
reprobati. unde ipsi opinantur in nobis defectum

bonum eternale quod est divina predestinatio
et tamen secundum veritatem non est ita et ideo
addit et cogniti id est a deo sumus electi
et predestinati et ideo de falsa repu-
tatione curare non debemus. propter tertium
defectum subdit quasi morientes et ecce vivimus
unde in primitiva ecclesia apostoli et alii fide-
les diversis affligebantur penis sic
quod quasi omni die putabantur debere
mori et verberibus affligebantur
quod omni die putabantur debere deficere
a doctrina sed deo disponente multi
eorum ipsorum longam vitam habuerunt et
quanto plus affligebantur tanto promp-
tiores erant ad doctrinam et hoc est
divina providentia propter ecclesie profectum
et dilatationem et hoc est quod dicit
exhibeamus nos nos dico reputati
quasi morientes scilicet morte corporali
et ecce vivimus deo vita corporali
nobis conservante sumus et reputati
ut castigati scilicet flagellis et verberibus
et pressuris ut a doctrina cessaremus
et tamen non sumus mortificati id est propter
verbera non sumus facti debiles ut
a predicatione cessemus. propter quartum de-
fectum subdit quasi tristes supple re-
putati sumus a multis quasi tristes
propter tribulationes quas pro Christo
patimur credunt enim in nobis deficere
bonum spirituale vel sensuale quod est
gaudium sed non est ita immo secundum
veritatem semper sumus gaudentes. unde
dicit semper gaudentes et ita est quod tri-
bulationes in nobis non tristitiam sed
gaudium operantur. propter quintum defectum
subdit sicut egentes quasi dicit nos
sumus reputati sicut egentes supple
in bonis temporalibus quibus ad sustentationem
corporis utimur sed non est ita immo

nos sumus multos locupletantes .i. miros
operibus multas temporales divitias i=
petrantes / vel sic nos sumus re=
putati sicut egentes scilicet bonis tempora=
libus et corporalibus et tamen nos sumus
locupletantes multos scilicet in spiritualibus
bonis nam ipsi erant homines divites
in virtute ecclesiastici 6 primo et ideo sibilla
de ipsis dixit in paupertate divitias
servabunt sumus et reputati tamquam
nichil habentes simpliciter bonorum temporalium
vel corporalium et tamen nos sumus omnia
possidentes .i. propria sedentes / unde
ipsi omnia terrena contempnebat et ad su=
perna properabat et ideo apostolus ad
philipenses iij dicit posteriora oblitus ad an=
teriora me extendo. vel sic si hayunt
seductores unde ab infidelibus dicebantur
esse seductores magi et malefici
a fidelibus vero propter sua doctrina et
virtute miraculorum non solum vates
et iusti sed et dii habebantur sic legitur
in actibus quando paulo et barnabe coronas
detulerunt dicentes dii sunt in effigie
hominum latentes / et non mirum si apostoli
appellati sunt seductores cum ipse magister
et dominus omnium seductor sit appellatus
iudeis dicentibus ad pylatum domine re=
cordati sumus quia seductor ille adhuc
vivens dixit &c. unde dicitur sicut qui ignoti i=
credulis qui non poterant doctrina eorum
penetrare / et cogniti scilicet credentibus
qui gustatorum eorum cognoscebat / quasi
morientes et ecce vivimus sancti et apostoli
et martires qui moriebantur cum per multa
tormenta et examenta quasi ad mor=
te affligebantur sed cum ita essent
in periculo mortis constituti et in desperatus
vite propter flagella / verba et lapidationes
subito virtute dei roborati constabat et
quasi ex mortuus vita reviviscebat sic le=
gimus de beato paulo quod cum lystris tam diu

esset flagellatus et lapidibus obrutus per
plateas quasi civitatis tractus quousque quasi
mortuus relinqueretur eadem nocte dilucu=
lo veniente cepit verbum dei publice predicare
et qui moriebatur cum ex hoc seculo transiebat
vixerunt tamen quia illa mors temporalis erat
cui succedebat vita perpetua / et casti=
gati verberibus et verbis sed non mortificati
quando sancti martires et apostoli flagellabantur
tunc deus castigabat illos ut se extol=
lerent propter maiorem gratiam eius concessam sed
non permittebat eos mortificari usque ad
tempus quo ei placuit / unde in opposito casti=
gato dicitur flagellato sic pylatum le=
gimus dixisse de domino castigatum illum
dimittam / quasi tristes semper autem gaudentes
nam apostoli et sancti martires dum vim tribula=
cionis lacrimabatur / tristes videbantur
esse in vultu sed gaudentes erant in corde
semper de premio celestium premiorum cogitantes
/ tristes etiam quia non sunt contriti peccatis
hominis corporis et cetera et gaudium eternum illorum fide
erat in gaudium eternum / unde etiam ecclesia tristicia
laboris et persecucionis sustinet hic quod
illus quod non sit quia cuncta illa temporalia
transeunt et veniet eius vita sine fine
mansura / reprobi autem qui tota spe sua
posuerunt in terris et transitoriis rebus non
tendunt ad eterna gaudia / sed in prosperitate
huius seculi letantur illis videtur quod unum
teneant sed non est unum quia transitorium et
temporale / et cum abierat vita transeunt ut
in ventum / ex hiis qui hic quod vanitate habebat
quia nichil invenerunt omnes viri divitiarum
in manibus suis / transibit quasi vim illorum et
veniet eius unum vero .i. eternum supplicium
/ sicut egentes unde qui egentes videbantur
divitiis hic in mundi sed habundabant divi=
ciis spiritualibus in predicatione et miracul=
is ex hiis locupletabat alios ut egen=
tes videbantur spiritualia temporali / sed tamen multos locu=
pletantes reddebat sicut sanctus qui erat
sedsolimus qui pro christo omnia sua

reliquerunt vel a Iudeis expoliati fuerant
eo q in mortuu hoiez crediderunt de
quibus loquitur aplus ad hebre decimo
rapina bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis
hos ergo ditabat apli q ex oibus locis
vbicumque predicabat eis necessaria ministra-
bat / tamquam nichil habentes sed omnia aut
possidentes supple quia / et sic decet
facere monachi et esse. Vel sic nichil
habentes q non habebant predia nec aurum
nec argentum nec seruos nec ancillas /
et tamen omnia ista possidebat in eorum posses-
sionibus quos sibi per arma predicatoris
et virtute miraculorum subiugauerat
Vnde in possessionibus possidebat omnia q
erant ipsorum possessorum / sicut quidam dux
Romanorum noie Corcinus legatus cum quidam
gentes pro pace ac libertate aurum dare vo-
lentibus respondit dicens q roma potius vel-
lent imperare possidentibus aurum / q aurum
habere et possidere ita sancti apli magis
desiderabant possessores diuiciarum per
fidem et doctrinam xpi q aliquid proprium habere
possumus etiam dicere q apli in hoc seculo
erant quasi nichil habentes sed in capite
suo xpo omnia possidebant sicut dicit
aplus ad Ro viii de deo patre q proprio
filio non pepercit sed pro nobis omnibus tra-
didit illum / et quomodo etiam non cum illo omnia
nobis donauit / sumus ergo et nos tamquam
nichil habentes in seculo non pondo pre-
rebus temporalibus et tandem tamen omnia pos-
sidebimus cum xpo et xpm cum deo patre
et spiritu sancto possidebimus ita sic dicit
Valerius qui fidelis est totus mundus
diuiciarum illius quod non appetit ea que in seculo
sunt cognoscens quod sine dubio melius
tinsibilius et gaudia eius non in hoc quod non appe-
tit quaerit habere nisi illud quod habet quasi omnia pos-
sidet nemo enim plus habet quam qui nullo indiget
et tamen cum diuites huius mundi multa habeant
multis indigent et ideo plus desiderant
habere quam habent / ille autem nullo indiget quia potest vita
victus vestimenti et calciamenti non requirit
quia / contentus his que habet / in his temporibus
imitemur sanctos apostolos et doctores patronos

nostros sicut boni filii imitantur patres
bonos et iterum ad illa sancta et propria pariter
intendamus exhibentes nos sicut dei ministros
quia si participes fuimus in hoc seculo illorum ac-
tuum erimus utique consortes suorum etiam eorum
premiorum que nobis concedat qui sine fine
viuit et regnat Sequitur epistola
in dominica Reminiscere

Fratres rogamus

vos et obsecramus in domino ihesu
ut quemadmodum accepistis a nobis
quomodo vos oporteat ambulare et placere deo
sic et ambuletis / ut habundetis magis
Scitis enim que precepta dederim vobis per dominum
ihesum Hec est enim voluntas dei. sanctifica-
cio vestra ut abstineatis vos a fornicacione ut
sciat vnusquisque vestrum suum vas possidere
in sanctificacione et honore non in passione
desiderii sicut et gentes que ignorant deum
et ne quis supergrediatur. neque circumveniat
in negocio fratrem suum / quoniam vindex est dominus
de hiis omnibus sicut prediximus vobis et testi-
ficati sumus non enim vocauit nos deus
in immundiciam sed in sanctificacionem in xpo ihesu
domino nostro prima ad Thessalonicenses iiii Iste domini-
ca quicunque precedenti concordat. nam
in precedenti dominica aplus hortatur nos
ne gratiam dei recipiamus in vacuum / et in hac
epistola monet nos ad virtuosum exercitium
ut per exercitium ambulemus in bonis operibus in
nobis seruantes mundiciam cordis et iusticiam
ad proximum / Reuocat ergo nos aplus a
malis et primo a viciositate morum
et maxime ne habeant concupiscentiam carnalem tempore vi-
cii intendamus dicens Fratres rogamus vos
et obsecramus per gloriam in rogare et obse-
crare distinguitur tamen primo quia rogacio est
singularis supplicacio / obsecracio vero est supplica-
cio cum adiuratione in domino cum detur ti-
mor ihesu cum detur amor Malachie
i° Si ego dominus vbi timor meus. Ro-
gamus et obsecramus vos in domino ihesu
obsecramus in quantum per eius nativitatem et eius pas-
sionem. Ad literam potest dici quod ideo dicit

hic rogamus et obsecramus quia ipse solus
non scripsit illam epistolam unicus Siluanus
et thymotheus ut patet in principio epistole
expandit debet prelatus qui sic dilat
affatus fratres qui sic precatur humiliter ro
gamus vos qui sic fortiter admiratur
quia obsecramus in domino ihesu quasi diceret ro
gamus vos sicut patres timentes et amatores
et subditos monitores materiam et monet
de imida et honesta quasi dicat ut per
ficiat et perseueret in illa dicens ita
Rogamus ut quemadmodum accepistis a
nobis scilicet a me thymotheo et Sil
uano quomodo oporteat vos ambulare
proficiendo per viam mandatorum et placere
deo scilicet in perfectione consiliorum sic ambuletis
in bono perseuerando ad ephesios v° videte
quomodo caute ambuletis ¶ Vel sic quemadmodum
accepistis quia non aliter quia non in pono
vobis noua mandata Johannis ij° non
mandatum nouum de vobis sed mandatum
vetus et accepistis in quo quomodo oporteat
vos ambulare et placere deo ut exponitur
sic prius ¶ Zeo legitur sic super haymonem pro quo
apostolus laudauit thessalonicenses de
perseuerancia fidei que tenuerunt non
recipientes falsos apostolos recepit eos
exhortans ut per in melius proficerent
bonis que operibus se exornarent dicens
rogamus et obsecramus apostolus magis
habet hanc consuetudinem ut sepe vanam
sua vnam sententiam duplicat
aut triplicat sic hic rogamus et ob
secramus et quod dicit in domino ihesu in per dominum
ihesum sicut legitur in epistola ad hebreos primo
locutus est nobis in filio in per filium ut
quemadmodum accepistis a nobis audiendo
et intelligendo a me Siluano quomodo
oporteat vos ambulare in viuere et
excercere vite in bonis operibus deduc
et placere deo fide que habetis bonis
operibus exornando sic et ambuletis
idest conseruare nunc ut habundetis
magis in ut magis ac magis crescatis
in fide et bonis operibus vnde ille placet deo
qui rectam fidem quam habet exequitur virtutum
decorat ¶ Et ille est bene habundat qui in ha
recte caritate fidei in se studet et habun
dare in suis operibus et in studiis virtutum ¶ Ha
bundemus igitur fide sicut aer luce per re
solucionem nebularum ijc ad corinthios viij° in omnibus
bonis habundetis fide ¶ Et habundemus spe sicut
agricola certitudine fructus per in spectaculum florum
et fructum ¶ Ad Romanos xv° habundetis in spe
glossa ut sitis in orem de beatitudine eterna
¶ Et habundemus caritate sic fornax igne
per flatum et apposicionem lignorum ad philippenses
¶ Primo hoc oro ut caritas vestra magis ac magis
¶ Et habundemus prudentia sic terra argento
per prudentiam artificum iiij regum x°
¶ Salomon fecit ut tanta esset habundancia
argenti ad collo iij° verbum christi habi
tantis habitet in vobis ¶ Et fortitudine sicut
puer per incrementum corporis et vigore
ad Romanos xv° habundetis in spe et virtute
spiritus sancti glossa in qua dat quando suis ¶ Temperancia
sic peregrinus ut perficiat dicta / circa ixo
est hec maritimus crescit comparatione
comparacione virtutum / et habundans paupertatis
et oculis dei respexit illum in bono ¶ Et
habundemus iusticia sic arbor bona fructu
per tempore pluuie ro° in habundabit iusticia vestra
magis et ecclesiastici x° in habundauit iusticia
vestra ¶ De scitis enim est hic ondit consequentur
bria in qua debet inquirere et precipue in ma
negligentibus pena ubi super viuere est
est predicit scitis enim quod et ita ego mo
neo vos sic ambulate quemadmodum ac
cepistis a nobis scitis enim que precepta in que
honesta et que utilia dederim vobis
et hoc per dominum ihesum qui est auctor precep
torum et non auctoritate propria ij ad corinthios
an experimentum queritis eius qui loquitur
in me christus et vere honesta et bona
dedi vobis precepta quia hec est voluntas
dei in preceptum dei sanctificatio vestra in
ut vos bene operando sanctificetis

et ut sanctificetis vos malum detestando. Unde
apostolus tangit hic tria monentia ad obedi-
endum. Primum est voluntas divina quia hec est voluntas.
Secundum est utilitas propria quia sanctificatio vestra. Tertium est
iusticie congruentia quia ut abstineatis. Quod
faciendum est ex quo deus precipit facere
expedit et iusticia congruit. Requirit autem
iusticia duo. Primum declinationem mali quod non
ibi ut abstineatis. Secundum possessionem boni ibi
ut sciat unusquisque. Dicit ergo ita dedi precepta
per dominum Iesum. Vel hec est enim voluntas dei, id est preceptum
dei quod est voluntas signi et si non sit semper
voluntas beneplaciti: sanctificatio vestra, id est ut san-
ctificetis vos bene operando. Leu. in leuitico.
Sicut dicitur: Sancti estote quoniam ego sanctus sum. Et etiam
ut abstineatis vos, id est longe remoti, secundum
glossam, ab omni fornicatione, scilicet tam carnali quam
spirituali, secundum decretum apostolorum Act. xv et
i ad Cor. vi: Fugite fornicationem. Et
notandum quod ab omni fornicatione quoniam fornicatio
est triplex. Quedam carnalis de qua Thobias dixit
filio suo Thobie iiii: Attende tibi fili ab
omni fornicatione et preter uxorem tuam ne
patiaris crimen scire. Quedam est spiritualis et hec
est duplex. Quedam spiritualis et est omne peccatum mortale
de qua in psalmo: Perdidisti, id est perdes omnes qui
fornicantur abs te, id est omnes peccatores qui te
relicto sponso legittimo per inordinatum
amorem adherent creature. Quedam autem
est specialis et hec est ydolatria de qua dicitur
Osee i: Fornicans fornicabitur terra a domino.
Sed abstineatis inquam ut sciat unusquisque. Hoc
exponitur dupliciter. Primo prout vas appellat proprium
corpus. Sic ut sciat unusquisque vas suum,
id est corpus proprium quod est vas anime. ii ad Cor.
iiii: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus,
id est in nostris corporibus, possidere coercendo et
subiugando et non ab eo possideri, ne
nobis dicatur. vii. i ad Cor. ix dicitur: Castigo
corpus meum et in servitutem redigo. Possidere

inquam in sanctificatione supple virtutum. Unde psalmo: Domum
tuam domine decet sanctitudo. Et in honore, ne in
honore a qua turpitudine virorum sic faciunt
illi de quibus dicitur in psalmo: Homo cum in honore esset
non intellexit. Alio modo exponitur sic quod vas
appellatur corpus uxoris vel uxor. Sic ut
sciat unusquisque vas suum, id est uxorem suam. i
Petri iii: quasi infirmiori vasculo mulie-
bri impartientes honorem possidere semper ducando et
non ab ea possideri quia mulier si primatum habeat
contraria est viro suo. Eccli. xxv. Et ibidem
iii: Mulieres dominantur viris nonne dolent.
Possidere inquam in usu uxoris licito et honeste
scilicet abstinendo ab usu illicito quia propter hoc
percussus est Onan quia uxore abutebatur. Genesis
xxxviii. Non in passione desiderii, id est in passi-
bus ex desiderio venientibus vel in solo desiderio consistentibus.
Ad Rom. xiii: Curam carnis ne feceritis
in desideriis. Sicut et gentes faciunt que ignorant
deum, quia ignorant deum propter quod non debemus
eis assimilari. Unde psalmo: Effunde iram tuam in
gentes que te non noverunt. Unde sciendum
quod sicut aliquis studet vasa officiorum suorum servare
munda ita etiam membrorum suorum officia
debet per honorabiles continentias conservare.
Et hec precepta dedi ne quis supergrediatur
scilicet per violentiam neque circumveniat supple
per fraudulentiam in negotio scilicet peccato
uxoris vel cuiuscumque alio fratrem suum, id est proximum
suum. Contra infelix tractatus luxurie in
passione desiderii, superbie in supergressione
proximi, avaricie in circumventione negotii.
Sed aliter dicit apostolus ii ad Cor. vii in hec
verba: Neminem lesimus, neminem cor-
rupimus, neminem circumvenimus. Vel aliter
secundum Hay. Scitis que precepta dederim per dominum
Iesum, id est domino Iesu per me loquente. Et que
erant illa precepta que dedit eis. Dicendum quod erant
precepta fidei et conversationis sane in quibus
exhortatus est eos servire deo vero et vivo
et expectare filium eius de celo venturum
ad iudicium quem suscitavit deus pater. Christum dico

qui eripuit nos p passioz sua ⁊ gram sua
ab ira ventura · Hec e volūtas dei · i · vt sificetis
vos cōmo quo isequetibus dicet sz vt ab
stineatis vos a fornicacōe simplici vt dicitur
e · Vt sciat vnusquisque · Ubi sciend q si aliqs
honorat corpus suū et corpus vxoris sue qn
abstinz a coytu q corpus caste seruado eius
oro castior et acceptior est deo · Non in passiōe
desiderii · dicit Hay · q passio desiderii e qn
ho velud equus ⁊ mulus q sit sn intellcu preceps
fertur ad libidine nec frenat ardore libidinis
propter timore castigacionis dei · Sicut ⁊ gentes
Vn gentes que ignorant deū forni
catores sunt ⁊ nimiū libidini dedite vtputa
na hentes cognitoz dei sic sunt manni ·
wandali ⁊ maiore sarracenj itaq
vt plurimi eoꝛ vltra quadraginta hnt
vxores / ergo sensus e caucte ⁊ obseruate
ne nimiū immodate libidini seruientes
efficiamini similes gentibus q deū castitatis
ignorant et cu eis dapnemini et multo
amplius cuius racio est q seruus q scit
volūtate dni sui ⁊ no facit plagis
vapulabit multis ⁊ iterū melius e via
veritatis no agnoscere q postea retrorsū
abire · Et ne quis supergrediatur · Un bts
apls ⁊ socii sui predicabat atz suadebat
suis auditoribus diebus festis ac diebus ieiunioꝛ
abstinere consensu ab eoꝛ coytu qd multi
faciebant obedientes eius preceptis ⁊ moni
tibus et ne forte aliquis pro deuota
abstinencia vel continencia instigante dyabolo
prouocaretur ad coitū illis diebus qbus votū habebat
ideo ait apls · Ne qs vrm supergrediatur ·
i · ne superat incretoro isto coitus et ne
aliqua coniuncte violencia inferat pari
suo volenti votū seruare prouocando eum
ad coitū sz q consensu abstineat sic
vouerunt q melius e no vouere q votū
no adimplere / et q i omi tpe cor
mūda placz deo et tn acceptior et
gracior est aput deū qui mūda corde
et corpe seruierit diebus ieiunioꝛ

Vn dns ait p prophetam egrediatur sponsus
de cubili suo et sponsa de thalamo
suo / vbi per sponsum et sponsam congregatos
debemus intelligere · Vn bts Ierom dic
frustra assumitur prima in voce et
spiritu nisi et abstineat a delectacione carne
et coytus · Et lra sit intelligi de com
negocio et matrimonio ut nco debeat
fraude facere sn neqz committere illum
Qm vindex est dns · hic ponit racion
amonicionis eom simplice prima e ne
incurrant ira dei / Sc̄da ne desperent
diuine vocacōni · Non eni vocauit
vos dns ne contempnat mandatu p
ceptoꝛ / i itaqz qui spernit · sc̄ dic qui
q d ita abstinend est ab hijs · qm
vindex est dns de hijs omibus idest
vindicta faciet de omi inmundicia
de omi iniuria et de omi fraudulencia
Vn in vindicta et e vltribua / dicit
xpus et q horrendu e incidere ma
nus di viuentis · Sicut dixim xpo · sicut
prediximus i prius assumus et predicauimus
et testificati sumus i · scripturarum testimonio
probauimus Nota hic q in prima sc̄da tcl
tcllugitur ptas q dns in prima sc̄da
equitas quia de hijs omibus ⁊ vtrius
vitas q testificati sumus · Vn sic de
no plu de fornicacōe et publica t
prius dic sz est de transgressione oi bon
proposita vindicabit / Vbi gra sicut de illis
qui faciunt votu et promisso abstinent
a coytu tpe ieiunii et postmod no adim
plent promissu eius transgressionis dominus
erit vindex Sc̄da · Non eni vocauit nos
deus · Hic ponit sc̄da ro sz scilicet qz pi sum
vocati sumus et ambulandum / sz deus non
vocauit nos ad inmundiciam sz ad sanctificacōem
ergo non in inde sz sancte est ambulandum
et hoc est q dicit ita abstinendum e ab hijs
ne qui vocauit nos deus in inmundicia
scilicet vicioꝛ sz in mundicie seruiamus
q amat mundos discipulos et iustos
Vn xpus qui diligit cordis mundi
ciam ppt graciam labioꝛ suoꝛ habebit

amicum vestrum. Secundo vocavit vos quia deus est sancti-
ficator quia vitulum, i. ut sancte vivamus. Et
io. ad ephe. iiii° Obsecro ut digne am-
buletis vocatione qua vocati estis. Deus omnia
allicit et sublimitas eius qui vocat
quia non princeps vel prelatus terrenus sed deus
celi. Fragilitas corporis quos vocat quia non
sunt angelos vel beatos sed nos viatores
Et qualitas rei quia non in inmundicia
sed in sanctificacione. Vel sicut hugo super hayma. Non
vocavit vos deus scilicet ad fidem suam per
graciam et ad patriam celestem in inmundicia
i. ut in inmundicijs serviamus sed in sanctificacione
ut scilicet sancte simus imitatores eius qui dixit
sancti estote quia ego sanctus sum. Glossa. quia nomine
inmundicie intelligitur omnis contumelia et
impudicicia et omnia que mores polluunt se
metipsum. Sed sanctificacio in qua consistit in oracionibus
et ieiunijs et hospitalitate et caritate
et ceteris virtutibus. Beda. Quia apostolus more boni
patris volebat sanctificare thessalonicen-
ses sicut legimus quod moyses legislator
datus legis sanctificavit populum et monuit
ut sint vincti et non digni essent
audire vocem domini et precepta eius per-
cepta dicens sanctificamini et lavate vestes
tincta vestra abstinete ab uxoribus vestris
Si quo deus vocavit nos in sanctificacionem quanto
magis nos quos redemit sanguine suo et
mundavit per baptismalem graciam sanctificamur
mundamur ut possimus digne accedere
ad sacramentum corporis et sanguinis eius. Unde
Beda Job per singulos dies sanctificabat filios
suos et filias et monebat eos [struck] Se-
cundo Re. Samuel qui voluit ungere
david in regem vocavit ysay et filios
suos et sanctificavit eos et monuit ut
prepararent se ut essent digni tanto honore
quia frater eorum electus in regem fuerat
ita et nos cottidie sanctificabat apostolus
et sancti doctores suis dictis ammonendo
ut sancte vivamus quatinus digni simus non
solum vocari christiani sed et filij dei. Sint
dumpotes deus dignetur in nobis habitare
Vocavit quia nos deus in sanctificacionem et
hoc in christo ihesu domino nostro / hoc addit
etiam ut innuat quod ista vocacio sancta sit

per dominum ihesum. Alius sermo super illa verba ut
habundetis magis. Quia valde difficile est
sapientibus habundare quia multiplex est habundancia
scilicet fortune gracie et culpe. Habundancia
fortune est periculosa. Apostolus ad tim. vi°. Quia offendit
deum sicut ... qui ex pinguedine recalcitrat et
homines ditatos relinquit dominum. Job xv° ha-
bundat tabernacula predonum audacter et pro-
vocant deum. Secundo contempnunt pauperes ut super-
bus hominem divitem pauperem pro ab-
bundancia habundantibus et despecto superbi
ymo ipsum deum. Tercio pollunt se ipsum sed
habundancie plurime putrefaciunt. Unde dominus
Ezech xvi° Hec fuit iniquitas sodome
superbie saturitas panis habundancia ocium
Secunda habundancia est gracie et illa
est fructuosa. Ad ro. v° Ubi habundavit
delictum superhabundavit et gracia. Et hec
est multiplex caritatis in corde sicut
color in acie. Ad thess. v° habentes
vos habundancius in caritate. Secundo ve-
ritatis in ore sicut foliorum in arbore. Eccli.
vi° lingua eucharis in bono homine ha-
bundat. Tercio sanctitatis in opere sicut
fructuum in messe. ij° cor. ix° habundetis
in omne opus bonum. Ad hanc sequitur
habundancia glorie in remuneracione. Deutr.
viij°. Dominus deus tuus introducet
te in terram rivorum aquarumque et fontium
[illegible] ubi omnium rerum habundancia profluere
Tercia habundancia est culpe et illa
est perniciosa et hec est multiplex
pravitatis in corde sicut venenum in sepul-
chro. Jacobi i° abicientes omnem inmun-
diciam. Secundo dolositatis in ore sicut
malarum herbarum in orto inculto. Pro-
ver. xv. habundabunt malicia. Tercio
impietatis in opere sicut nigredo pellis
in ethyope. Eccl. xix°. Melior est
qui minuitur sapiencia et deficiens
in sensu in timore domini quam qui ha-
bundat sensu. Ad hanc sequitur ha-
bundancia gehenne. Pro. Retribuet ha-
bundanter facientibus superbiam. Hanc igitur
habundanciam culpe vitare debemus
et habundanciam gracie acquiramus ut gloriam
eternam consequamur. Quod nobis prestare dignetur.

Estote ergo imitatores
dei sicut filii karissimi et ambulate
in dilectione sicut et christus dilexit
vos et tradidit semetipsum pro nobis
oblacionem et hostiam deo in odorem
suavitatis. Fornicacio autem et omnis
inmundicia aut avaricia nec nominetur
in vobis sicut decet sanctos aut turpitudo aut
stultiloquium aut scurrilitas que ad rem
non pertinet sed magis graciarum accio. Hoc autem
scitote intelligentes quod omnis fornicator
aut inmundus aut avarus quod est ydolorum
servitus non habet hereditatem in regno christi
et dei. Nemo vos seducat inanibus
verbis. Propter hoc enim venit ira dei in filios
diffidencie. Nolite ergo effici participes
eorum. Eratis enim aliquando tenebre nunc autem
lux in domino. Ut filii lucis ambulate.
Fructus enim lucis est in omni bonitate
et iusticia et veritate in christo ihesu domino
nostro. Ad ephesios v. In precedentibus dictis
monuit nos pia mater ecclesia de operacione
boni et declinacione mali. Sed quibus
in omnibus non per se est intencionis. Veruntamen
quia nos sumus ad intelligendum multum
rudes propter cecitatem nostram et igno-
ranciam. Sumus eciam multum debiles et
difficiles ad illa implenda propter languorem
concupiscencie et quondam in flicta
in potencia que omnia ex primo peccato pro-
venit ideo in digenus non tantum doc-
trina verbi sed eciam doctrina exempli. Ideo
ecclesia mater ecclesia que nobis primo proposuit
sancti exemplaria sufficiencia ut puta
exempla regis Moysy et Helyam
Danielem et eciam Iacob et Ioseph. Hodie
in illa tria dominica proponit nobis speculum
et exemplar perfectissimum omnis sanctitatis scilicet
dominum nostrum ihesum christum dicens Estote
imitatores. In qua epistola hortatur nos
apostolus ut in quantum christi insistamus ipsum
imitando secundo ut fugiamus mala fuge-
re nostram vanam detestanda hic nemo vos
seducat. Primo hortatur nos et monet ut
christum imitemur in operacione boni. Secundo in
declinacione mali ibi fornicacio autem.
Primo dicit estote vos scilicet qui debetis

bona appetere et mala fugere estote imi-
tatores dei vobis inmitentur condonando quia
enim deus est exemplar primum et varissimum
omnium bonorum, et ideo imitandus. Quod vero
inspirare et facit suum exemplar quod tibi
in monte monstratum est. Et debetis imitari sicut
filii karissimi id est qui estis eius filii boni
sicut dicit glosa. Videmus quod filius qui
patrem multum diligit ipsum patrem multum
diligit, ipsum patrem imitatur. Vos autem
estis filii boni christi cari quando estis
propter ymaginem creacionis que consistit in uni-
tate substancie et trinitate personarum scilicet me-
morie intelligencie et voluntatis. Cari
vos estis propter imaginem recreacionis que con-
sistit in virtute gracie et trinitate virtu-
tum scilicet fidei spei et caritatis. Karissimi vos
propter imaginem glorificacionis ad quam
finaliter obtinendam facti estis que consistit
in virtute gracie glorie et trinitate actuum
beatificorum scilicet visionis dilectionis et ami-
cionis. Estote ergo imitatores
dei sicut filii karissimi quia dicit qui facit pro-
est filius diaboli per imitacionem et qui non
est iustus quando non est unus quia ipse cu-
ius opera facit illius filius est, quando
ergo vos estis filii dei debetis imitatores
eius esse in operibus et ut imitatores
patrem in moribus perfectis vos estis fi-
lios. Nota secundum Hay quod imitari est sicut
imitacio autem est quedam ymaginacio
in gracia qua discipulus conatur imi-
tari magistrum aliquo artem. Nota quo videlicet
ad quod possimus imitari deum omnipo-
tentem. Unde ipse est sapiens prudens
misericors iustus et verus sicut
estis iusti et veraces sumus et misericordes di-
ligentes amicos in deo et inimicos
propter deum sicut karissimus filius imitatur
bonum patrem in omni gubernacione morum
et bonitate moribus atque honestate
ita et vos imitemini patrem vestrum

deum omnipotentem sum quod ipse uel adiutorium
bone voluntatis et operationis prestitit
propter dico non quia nam sed per operationem
et ambulate in invicem quasi imitatores estote
in dilectione sed unum dei et proximi consistit
non tamen in dicto sed opere inferatis quia
gratia dei amor dei nunquam est ociosus
Vel sic ambulate in dilectione id est in operibus
exhibendo unde Johannis iii non diligamus
verbo neque lingua sic ambulate ut vestram
dilectionem christo respondeatis sicut ipse christus
dilexit vos sed sine corde id
non solum affectu sed etiam effectu Johannis xv
hoc est preceptum meum ut diligatis in-
vicem et quod effectu dilexit patet quia tradidit
glosa non abscondit semetipsum non aliud
pro nobis quibus adhuc inimicis et hoc
oblationem quantum ad antecedencia passionis
sicut fuerunt sputa colaphi et alape
et hostiam deo scilicet in ipsa passione et
quantum ad ipsam passionem et mortem non
illa hostia non fuit figurata sicut sacrificia
legis sed vera et realis fuit et est
deo scilicet grata et ab eo accepta in odorem
suavitatis et per hoc obtinens fructum
scilicet humani generis liberationem et peccatorum re-
conciliationem et apostolus alludit verbis
legis in qua sepe dicitur quod dicebant deo
offerre in odorem suavitatis sacrificia / Sed d-
ad exposita sequitur quod deus pater libenter
accepit mortem christi ergo non peccaverunt
qui eum crucifixerunt. Judei quod mors
christi placuit deo patri quia voluntate
sua passus fuit tamen actio crucifigentium
deo displicuit quia quod iustum fuit iniustis
fine fecerunt et in tradendo christum alia
intentionem habuit quam deus pater habuit quia
deus pater tradidit christum ex benivolencia
Judei autem ex furia ~~in fidia~~ invidia
sed hanc tam magna et mirabilis fuit
dilectio qua unicus dei filius semetipsum

pro nobis tradidit morti dicente domino
christus creator pro creatura / sic ergo ille
animam suam pro nobis posuit / ita et nos
si necessitas fuerit pro eius nomine animas
nostras ponere debemus et etiam pro fratribus
nostris propter amorem nominis sui / quod vero
apostolus dicit qui tradidit se in odorem
suavitatis in sacrificio quod ei obtulit
non crassitudo de archa non debemus
putare / quod omnipotens deus qui spiritus est
in fumo et odore carnium delectetur
Sed per odorem suavitatis intelligendum est
bonum intentionem bone voluntatis
et affectum mentis quibus deus de-
lectatur sicut etiam in hoc loco apostolus
intentionem mentis et affectum precipue
dilectionis qua filius dei nos dilexit
odorem suavitatis appellat quia non deus de-
lectatus est in hircis deus pater et que
multa aromata in conspectu eius offer-
buerunt / ipse dominus fuit oblatio et ho-
stia / ipse sacrificium / sacerdos et sacrifica-
tor quia semetipsum obtulit deo patri
in altari crucis pro nobis / Deinde monet
imitari deum in declinatione mali
primo culpas maiores prohibendo / secundo
minores etiam dissuadendo vel aut
turpitudo / tertio culpis minoribus
penam determinando ibi hoc autem scitote
primo dicit fornicatio quasi dicat
ita debetis imitari deum in operatione
boni quod non solum in hoc sed etiam in fuga
mali et ideo fornicatio id est simplex
luxuria que fit cum solutis et omnis
immundicia idest quecumque luxuria quo-
cumque modo fiat sive sit sexus nam sic
adulterium stuprum et incestus omne
sunt nam coitus sicut sodomia mol-
licies et coitus cum iumentis vel et
universaliter quicumque usus illicitus
illorum membrorum aut avaricia

idest immoderata cupiditas habendi nec
nominetur in vobis quasi diceret ita vivatis
ut nec suspicio habeatur de vobis
pro qua condempnari notabiles sitis potius
contra habeatis de bono nomine sicut decet
sanctos qui debent esse mundi et sine car-
nali et terreno amore. Unde sanctus idem
est quod mundus vel sincerus quasi
sine cera sive carie. Et non solum ista
maiora sed nec etiam supple turpitudo
nominetur in vobis. Unde quedam glosa dicit
quod turpitudo consistit in osculis et am-
plexibus mulierum. Aut stultiloquium quod
consistit in verbis blandis et sollicitatio-
nibus ad alliciendum mulieres. Unde Proverbiorum
xxxii° stultus fatua loquitur. Aut
scurrilitas que risum solet movere et
consistit in verbis iocosis ad risum pro-
vocantibus que ad rem i(d est) ad realem
utilitatem non pertinet licet aliquando va-
leat ad recreationem. Unde non competit
nec quevit sanctos esse multiloquos sed magis
lugere. Unde liber Ecclesiastici dicit stultiloquium nullius
utilitatis est quod nichil habet sapientie.
Scurrilitas quam a sapiente in quadam
urbanitate confertur. Sciendum quod stul-
tiloquium ducit in stulticiam sicut scilicet blan-
ditie mulierum et caret omni fructu
et utilitate quia colloquium mulierum
quasi ignis comburit. Sed magis
supple nominetur in vobis gratiarum actio
prima ad Thessalonicenses v° in omnibus gratias
agite. Ex predictis patet quod turpitudo
in forma stultiloquium in materia
scurrilitas in fine peccat. Ali[illegible]
[illegible] fornicatio et omnis immunditia.
Unde fornicatio dicitur a fornicibus hoc est
a locis fornicalibus que fornicibus et
arcubus sunt constructa in quibus
erant meretrices cum quibus committe-
bat spurcitias. Unde fornicari est
cum libera coire. Immunditia est omnis

continentia
incontinentia ad libidinem pertinens cum qua me-
fiat in munditia et impudicitia atque luxu-
ria sive appellari. Avaritia dicitur sit
intelligi in hoc loco. Prima sit accipi
amor pecuniarum potest etiam pro adulterio
accipi quod alibi ab apostolo negotium appel-
latur ubi viris et uxoribus dicit nolite
fraudare invicem neque circumveniat aliquis
fratrem suum in aliquo negotio i(d est) adulterio.
Unde apostolus precipit quod ista que diximus non
solum sint in nobis sed nec nominentur
quia sicut nominabuntur sed non nominata
facta sunt sepius nisi per detestationem familia-
riter aures ad ea inclinabuntur quia cor-
rumpunt bonos mores colloquia prava.
Sicut decet sanctos et quid deceat sanctos.
Unde sanctos decet honestate morum similare
virtutes appetere vitia cavere. Aut turpi-
tudo. Unde turpitudo est cum motus carnis
[illegible] et animus in nimium inflammatur
ad libidinem sed plerumque apud timorem
dei et penarum refrenatur. Aut stulti-
loquium. Stultiloquium est ociosus sermo
et nullius utilitatis cum relictis sermonibus
et utilibus rebus de vanis et
inutilibus tractatur. Aut scurrilitas
que ad rem non pertinet sed magis gratiarum actio.
Unde scurrilitas est iocularitas qua risus
moveri solet. Differt autem stultiloquium et
scurrilitas quia stultiloquium nullius est
utilitatis nec habet sapientie. Et habet
scurrilitas non plerumque ab ore sapientis
procedit et constat quadam urbanitate
ut illud Virgilii: Qui Bavium non
odit amet tua carmina Mevi atque
idem iungat vulpes et mulgeat hircos
ceteraque talia que nil mali esse habent nisi
quod sunt ociosa sunt et ad rem perfecta ve-
ro non pertinet. Sed magis gratiarum actio
supple nominetur in vobis. Ideo proferuntur
scurrilitates ut placeant sit gratiosus
apud auditores. Et ideo apostolus precipit

ea tamen que de omnibus operibus vestris verbi
dicit sunt honesti vanum. sunt etiam aliter in
telligi hec littera Et magis gratiarum actio quasi
diceret illa que diximus non sint in vobis
ymmo nec nominentur sed sit in vobis gratiarum
actio ut gratias deo referatis in omnibus
que agitis et que habetis aut ita gratiosi
sitis et accepti deo et hominibus Sequitur hoc
autem scitote hic apostolus detrahit penas
maioribus culpis. et primo tangit pene
future certitudinem dicens hoc enim quasi
diceret nec illa debilitet in vobis notam hoc
enim scitote idest scire debetis intellectu
mentis intelligentes scripturarum apparere
vel scripturas divinas in quibus omnes re
vitas quantum ad credenda et quantum ad
agenda continentur quod omnis fornicator
idest luxuriosus in muliere soluta aut immundus
idest quocumque alio modo luxuriosus. aut avarus
arus idest usurpans res alienas
aut nimis diligens proprias quod est
avarorum esse. est ydolorum servitus sic
enim ydolatra cultum deo debitum im
pendit ydolo. sic et avarus auro
vel argento. omnis in quo talis non
habet hereditatem in regno xpi et dei idest
in regno celorum quod est regnum dei patris
et filii sui in quo homo interior reficitur
visione et dilectione divinitatis. et hoc
opponitur visione ac dilectione humanitatis xpi
talis inquam homo non habebit hereditatem
in regno xpi. quia nimis vult habere
de hereditate in regno mundi. Nota quod quia
avari accipiunt hereditatem mundi. ideo non
habent hereditatem in regno dei. Sicut esau qui
hereditatem accepit quam eis non perdit
Et nota quod avarus dicitur ydolatra quia cultum
deo debitum ydolo impendit quod patet in quantum
que impendit ei. primo divinam amicitiam
nam magis diligit tenebras quam lucem. ideo
est xpo dicitur nichil iniquius quam amare
pecuniam Secundo divinam obedientiam nam avari
ciis erunt quia nimio qua pecunie est xpo

pecunie obediunt omnia. Tercio divinam
confidenciam confidunt enim in virtute
sua et in multitudine diviciarum suarum. Contra
quod dicitur Job xxxi Si putavi aurum
robur meum et obrizo dixi fi
ducia mea es. Quarto divinam reveren
enciam Mathei vi Non potestis deo
servire et mamone. Item hugo avari
cia dicitur servitus simulacrorum quia
sicut ille servit dyabolo qui culturam
et religionem omnipotentis dei quam illi
soli debet et singulariter nomen
quo plus deus vocatur quantum in
se est demonibus offert et im
pendit. ita ille servit dyabolo qui dona
omnipotentis dei quia et que omnibus
hominibus communiter data sunt in proprios
usus male usurpat. Vide
sicut avaricia comparatur ydolatrie ut
nil scelestius illis dicitur quia radix
omnium malorum est avaricia. Et nota nota
quod apostolus loquens de fabulosis dicitur
pitudine et scurrilitate non sicut consistit
quia talia facientes non sunt possessuri regnum
xpi et dei sic confortatos iudi
cia et avaricia quo sicut ondit ia ec
peccata alia non maiora eo quod a regno
xpi separent regnum autem xpi et dei
patris dicit quia sicut una est substantia patris
et filii et spiritus sancti. ita una est potestas
una civitas unum regnum. Sequitur Nemo
vos seducat. hic apostolus monuit
ut deum timerent hic monet ut
non seducerentur et primo ne malefa
ciamus dicens Nemo vos seducat idest
decipiat avertat ducat in huiusmodi vi
idest affectu vacuis verbis vel frivolis pro
mittens impunitatem a deo vel
vel hec predicens vos seducat
in huiusmodi viis Nam omnes vanos con
sequitur via vana affectu vacua et ad
supplicium trahencia. Nota secundum hugonem
quod in vana via dicitur quia nullius utilitatis
sunt ut qui dicit aput istos et

et nullam penam sustinebit nisi convictus
ipsa torqueri non attendentes quod dicit ysaias
vermis eorum non morietur et ignis eorum
non extinguetur Unde ibi erit pena
corporalis et intrinseca / corporalis ab
igne et vermibus / intrinseca a conscientia
ipsa a qua etiam continue torquebuntur
animi / etiam vana locuntur qui dicunt
qui crediderit et baptizatus
fuerit etc. et hec ipsa inania verba
a seductoribus recepta et que superius
sunt per nos prohibita Venit ira dei
id est effectus divine iusticie que
est vindicta pro pena eterna et non
tantum temporalis / in filios diffidencie i.
in peccatores aliquos filios dyaboli de quorum
salute diffidimus et qui de salute ipsa
diffidebant Nolite ergo effici participes
eorum scilicet eis communicando et
opera eorum imitando Nolite ergo opera
opera eorum imitari quia si feceritis [?] in
opere eorum eritis et in pena Vel
sic per hanc Nemo vos seducat in-
anibus verbis Unde i. anima va[?]
sunt et seductoria quibus dicitur qui cre-
diderit et baptizatus fuerit salvus erit
licet opera mala agat quod dico menda-
cissimum est propter hec enim i. propter for-
nicationem et immundiciam et avariciam venit
ira dei in filios diffidencie id est dya-
boli / vel in illos qui perierunt in di-
luvio et sodomitas in sodomis et aliis
civitatibus / illi qui in diluvio perierunt
ideo perierunt quia plures uxores
acceperunt et carnes comederunt
et lemori [?] pena perierunt [?]
sodomite qui igne accensi sunt
quia non solum plures acceperunt
uxores / sed contra naturam eorum fornicabantur
dyabolus autem diffidencia appellatur
quia homines diffidere et in desperacionem
cadere facit / et ideo non debetis eorum
esse participes Quia eratis aliquando [?]
cum quisque [?] tenebre i. tenebrosi
per ignoranciam et malam vitam / sine luce
fidei in intellectu / sine calore caritatis
in affectu / sine calore exempli boni
in effectu Prov. iiij° quia via impiorum
tenebrosa. Unde peccatores sunt ille tene-
bre per figuram quas divisit deus a luce
a luce et quas appellavit noctem
Gen. 1° Secundum hanc eratis aliquando tenebre
i. eratis peccatores et ignorantes donec
antequam ad fidem veneratis / et fidem dyaboli
principis tenebrarum tenuistis nunc autem
estis iustificati per fidem per baptismum
et filij dei ad apostolum [?] qui dixit ego
sum lux mundi et io. nunc estis
lux in domino quasi dicit Secundum vir-
tutis fuit mirandum [?] quia filij prin-
cipis tenebrarum eratis nunc autem estis
lux i. dispositione [?] bene operantes per scripturam
Math. v° Vos estis lux mundi / lux dico non
in vobis sed in domino Unde tenebre estis in
vobis Ioh. 1° tenebre inferunt [?] et vos lumi-
na lucet / et quod est lux in domino io. ut filij
lucis ambulate sed de bona in melius [?]
do offendiculum non est certi quia qui am-
bulat in tenebris nescit quo vadit Ioh.
xij° et Prov. iiij° iustorum semita quasi
lux splendens Vel sic per hanc ut filij
lucis ambulate id est ut filij dei vivite
et conversemini sancte et inmaculate am-
bulantes de virtute in virtutem quanta distan-
cia est inter lucem fidei et cognitionis
dei / bonorum operum et inter tenebras
infidelitatis et ignoranciam atque peccata

Notandum quod homines seducuntur in ambus
vel multipliciter primo via falsitatis sicut
prophete seducunt populos putres Ieremie xxiii°
tunc ne sic prophete cum seducunt Mathei
xxiiii° multi venient in nomine meo etc.
Secundo adulatoris sicut Syren narrantes
Ysaie xxxviii° seduxerunt te in pa-
lificiis tui tertio vis hereticis sicut fantasma
simplices Mathei xxiiii° surgent pseudo-
prophete etc. Quarto vis minatoris sicut
tyrannus regime Apocalipsis xx° exibit
Sathanas et seducet gentes. Concluden-
do hoc capitulum apostolus allegat bone
conversacionis fructum dicens Fructus
enim lucis quasi diceret et vos debe-
tis ambulare ut filii lucis fructus
enim lucis id est sapiencie et discrecionis
vel virtutis vite sancte et fructus
eius est in omni bonitate quo ad
se ipsum et iusticia quo ad proximum
et veritate quo ad deum. Vel sic in
omni bonitate cordium et iusticia operum
et veritate verborum. Ubi notandum quod
boni dicuntur filii lucis tam in presenti propter
operaciones gracie quam in futuro propter operaciones
glorie. In futuro quidem ad modum lucis
specialiter clari puritatem undique
se diffundente agiles per separacionem
carnis pondera deponentes subti-
les per prudenciam profunda penetrantes
impassibiles per fortitudinem omnia
pro deo fortiter tollerantes. De quibus
magister Hugo super sapiencie viii° ubi dicit
sobrietatem et iusticiam docet prudenciam
et virtutem. Sed in futuro erunt secundum
iiii°r dotes corporis primo clari per
dotem claritatis secundo agiles per do-
tem agilitatis tertio subtiles per dotem
subtilitatis quarto impassibiles per dotem
impassibilitatis de quibus magister etc. Corpus
humanum corpus malo etc. vel aliter
sic ambulate ut filii lucis lucentes
id est radios bonorum operum emittentes
fructus lucis qui scilicet vivit in omni bo-
nitate ut sit bonum de thesauro cor-
dis sui proferentes bonum de radice
bone voluntatis producentes fructum boni
operis ita ut bonitas in vobis sit et
iusticia in proximis ita quod iniusticia fieri
alicui ut sitis iusti corporibus iusticie
servientes ambulate in veritate ut
verba loquimini in fide sincera et cum
fida confessione predicantes quibus tamquam
filii lucis a luce bone operis ad
veram lucem que deus est transeatis.
Sed hec fructus enim lucis est scilicet
quod operacio bone conversacionis et fidei
in omni bonitate et iusticia et sanctitate
et veritate est fructus lucis per hoc
igitur probatur quid sit beneplacitum
deo et nolite talia facientes nolite
communicare operibus infructuosis tenebrarum
magis autem redarguite. Que enim in
occulto fiunt ab ipsis turpe est et
dicere unde ut qui vita sit et lu-
men gentibus dei omnia bona opera
perficiatur iuste vivit vera loquitur
ad proximum attendentes quod apostolus
subdit probantes quid sit benepla-
citum deo sicut trapezeta et mone-
tarius probat metalla pondere puri-
tate et tinnitu sic et debemus nostra
opera probare pondere considerantes quanta
et quam magna sint puritate vite
pura et simplici animo et bona inten-
cione fiat tinnitu vite bona fama
de se reddat omnia simplex opus que
arguuntur id est quod reprehendunt ab o-
mnibus et sancti hominis a lumine

idest ab illis qui filii lucis sunt manifestantur
omnia supple non esse bona ymmo mala
quod dum enim mala opera non reprehenduntur
a bonis videntur esse bona ymmo mala
sed cum boni ceperint ea reprehendere videntur
non esse bona / omne enim quod manifestatur
lumen est idest omne malum opus quod
manifestatur per confessionem seu privatam manifeste
apparet quod dicit quod est qui dicit hoc dicitur lucas
secundum quod neque in veteri testamento neque in
canonibus iste versiculus invenitur et nisi
tamen in isto loco nisi ea exempli sunt
alibi a doctoribus positus sed tu apostolus
dictavit hanc epistolam subiter spiritus
sancti per eum locutus est hoc sicut
et multa alia ideo ait apostolus
idest quia omne quod manifestatur per
confessionem iam incipit esse lumen.
supple propterea ideo surge qui dormis
et exsurge a mortuis et illuminabit
te christus / dormiens dicitur et mortuus
est qui in peccatis iacet / quia anima
que peccaverit ipsa morietur. Surge in quam
a viciis ad virtutes qui nos dormis
in peccatis exsurge a mor
tuis ad vitam de peccato ad bona opera
Et illuminabit te christus idest prebe
bit tibi lumen fidei et cognitionis
sue et lumen bone operationis qui
lumis vita eterna inebriatur ipso
eadem prestante qui est in secula
seculorum benedictus. / Patet con
cordia inter epistolam et ewangelium
quod scribitur luce xj° erat ihesus
eiciens demonium et Nam apostolus in epistola
docet nos quod simus imitatores christi
cui mulier ancilla marthe in
fine ewangelii dixit / Beatus venter
qui te portavit Ewangelium autem
ostendit nobis quod debemus christum imitari
in quibus primo in compulsione demoniorum
ut faciamus quod tacuis est ut probis
a nobis et ab aliis expellantur
demones / sed dicitur Erat ihesus eiciens

demonium / Unde demones sunt principaliter illi
seductores qui nobis illa mala sugge
runt que per apostolum in epistola nobis prohi
bentur. Secundo in tollerancione temptatorum
et persecutorum adinstar christi qui iudeos
ipsum temptantes dicentes in belzebub eum eice
re demonia patientissime tollerabat. Tercio con
futacione malignorum adinstar christi qui
iudeos ipsum blasphemantes rationibus con
futavit Quarto in reprehensorum et rep
rehensione superborum adinstar christi
qui iudeos de se ipsis presumentes acute
reprehendit dicens quod in eos venisset
in immundus spiritus et fuisset superbiam non
nissima eorum peiora prioribus esse di
cebat Quinto in correctione laudatorum
adinstar christi qui illam mulierem ipsum
laudantem corripuit dicens Sed
mulier laudanti correxit dicens Sed
ymmo beati qui audiunt verbum dei et
custodiunt illud quia beatitudinem non recipiet nisi
illi qui ambulat sicut filii lucis
Secundum epistola in letare

Fratres scriptum est quoniam
Abraham duos filios habuit
unum de ancilla et unum de
libera qui autem de ancilla fuit
carnem natus est sed qui de libera per
promissionem que sunt per allegoriam dicta
hec enim sunt duo testamenta unum
quidem in monte Syna in servitutem
generans que est agar Syna enim mons
est in arabia qui coniunctus est ei
que nunc est iherusalem et servit cum
filiis suis illa autem que sursum
est iherusalem libera que est mater nostra scriptum
est enim letare sterilis que non paris
erumpe et clama que non parturis quia
multi filii deserte magis quam eius
que habet virum nos autem fratres
secundum ysaac promissionis

Dominica iiij. xlme

filii sumus / sed sicut tunc is qui secundum carnem
natus fuit persequebatur eum qui secundum spiritum
ita et nunc / sed quid dicit scriptura eice ancil
lam et filium eius non enim heres erit filius
ancille cum filio libere / itaque fratres non sumus
ancille filii sed libere qua libertate Christus nos
liberavit. Ad galatas iiii°. Superadicti sunt scripta
et sabbato ondit ubi sunt non circa maiori
dampnum per passionem Christi cuius legis ... et
hec scripta moysi et daniel ...
et alia que sunt ... quia ... tenetur
ad observanciam decalogi que ita tenent
ad sufficientiam ~~decalogi~~ cum legalium sicut
apparet ... multi crediderunt qui duce
runt cum aliquo simul legalia debere observari
servari et is in hac durica ... mat
teria scripsit propter quem ... apostolus.
paulum admonens sepius illam pullulare
opinionem a cordibus fidelium / audiens con
ditionem legis fuisse ipsam perversissima / quod sufficere
ad timorem et servitutem aqua ... ut
dicit prius epistola ... nos per libertatem
cum Christo instituit liberavit / et ... dicitur
pro quia nam prius ante post secundum Christo
... / et liberi litteralem / secundo allegoricum et
misticum secundum spiritualem ubi que sunt per
allegoriam dicta secundo dicit scriptum est
.q.d. hoc is quia ... legis
non ad eam ... eum quia quia
scriptum est gen. xvi° et xxi° quia
abraham duos filios habuit scilicet ysmahe
lem et ysaac / sed cum plures habuit quare
duos ergo hoc est insufficienter dicit / ad
scriptum patet gen. xxv° / dicendum quod ...
est quod plures erant / sed illi duo fuerunt prin
cipales quos scriptura sacra commemorat propter
... electorum et reproborum
qui per illos ... apostolus distin
xit dicens unum scilicet ysmahelem de ancilla
scilicet de agar gen. xvi° que erat ancilla
... Sare et unum de libera ... id est
de Sara scilicet ysaac cum Sara erat libera

quia uxor abraham et filia fratris sui
Sed hic est dubium quare abraham habuit
duas uxores cum non sit secundum legem
ut et institutio ... Dicendum quod deus
... causa dispensavit cum anti
quis patribus ante legem et post legem quod
... multiplicationem prolis adulterium di
... erat cum tunc pauci
fideles. Sed quia qui de ancilla secundum carnem natus
est id est ysmahel secundum carnem natus est
id est secundum legem carnalis propagationis sine
ulla promissione de ipso facta et absque ullo
miraculo sicut patet gen. xvi° propter quod cum a
gar iuvencula valde ... de abraham
... de libera per ... id est ysaac
per repromissionem dei factam id est divina promissione
et divino miraculo quia de centenario et
nonagenaria ut patet gen. xxi° et xviii°
... et ... iterata fuit promissio
vel sicut hay tunc apostolus ... causa
... ad memoriam partus abrahe
... maioris ... quod
filii abrahe erant ... distinct
tio in carnalibus. Sed filius non liberavit
... liberi erunt. Videtur illi nos filii
abrahe sumus et nomini sumus ...
apostolus ergo volens galathas sollicitos
reddere ne seducerentur a iudeis qui
docebant circumcisionem observare et sacri
ficia legalia offerre dicentes non posse
salvari per passionem Christi et per baptismum
nisi circumciderentur et legalia sacrificia
offerrent / ondit apostolus quod abraham
non per observationem legis meruit iusti
ficari et amicus dei appellari sed propter
fidei sinceritatem et operationem / ideo dicit / probatissima
sed qui de ancilla secundum carnem natus
est id est secundum usum humane consuetu
dinis ... dicitur ... consuetudo humane

natum est ut senex mortuus in matrice
contra filios generat / est senex et vetula
corporali natura ut describat per ea per vos in
nouis ac vetustis vivere fuit dicit illos
est posse filios propagare sed vassissime in re pu-
blicat / et sic habet modo quod senex mortuus
in matrice dicit apostolus ysmahelem natum
esse / sed ysaac de libera scilicet de Sarra esse re-
promissionem per dei natus est quod scilicet ad abra-
ham non sic humano concubitu / sed dubitatur
quare apostolus ysaac tantum per repromissionem ce-
ssam de ysmahele quia in genesi dicitur quod cum
Agar esset in deserto Synai quod apparuit ei an-
gelus domini inquiens Agar ancilla Sarray
unde venis et quo vadis / quae respondit a fa-
cie Sarray domine mee ego fugio cui
angelus revertere inquit et humiliare sub
manu illius / Et rursus multiplicans multi-
plicabo semen tuum / ecce pariet filium et
vocabis nomen eius ysmahel et erit
homo ferus manus eius contra omnes
et manus omnium contra eum Genesis xvi / quod cum re-
promissio ista facta est tunc iam ysmahel
erat conceptus promissio vero de ysaac facta
est ante conceptum ut patet ex verbis angeli
post ingressum Genesis xviii / ideo apparet ysaac non
sic natum humano concubitu sed natus
per repromissionem ex langueno patre et ve-
tula matre et que magis est sterili deo
operante natus est / que sunt per allegoriam dicta
posito sensu litterali subditur sensum spiritualem et
aptat secundum comparationem allegoricam du-
orum filiorum duabus sectis vel testamentis
dicens / dixi quod abraham habuit duos fi-
lios / que omnia dicta sunt per allegoriam i.
per sensum alium quam sensus verba sonare videantur
Unde allegoria est cum ex uno aliud
intelligitur / Ubi notandum quod quadruplex
Nō est sensus sacre scripture / Primus hystoricus
qui factum narrat sicut est / unde hoc
ysidorus in libro ethymologiarum dicit
hystoria est narratio rei geste per quam

pericula facta dimostrantur / Tropologicus sensus
est cum per hoc que facta sunt alia facienda
monstrantur / Allegoricus cum per illud quod factum
est aliud futurum intelligitur / Sed anagogicus sensus
dicitur ... quod de superius et eternis tractatur
Ubi gratia / hystoriace Ierusalem est civitas ter-
rena / tropologice est anima sancta / allegorice
militans ecclesia / anagogice celestia patria / De
hiis cum esset libera et ancilla sunt duo testa-
menta vetus et novum / Abraham cum ~~qui~~ qua
interpretatur pater multarum gencium / deus sit
qui de duabus legibus sive testamentis
quasi genuit / de duabus uxoribus duos populos
populos scilicet iudaicum et gentilem quasi duos
filios generavit et hoc est quod dicit hec
enim sunt duo testamenta i. duo testamenta
significata est ipsa legis datione que dupli-
citer data est / primo exodi xxiiii deutronomii
xxviii / Et primo parti in illius libro per
summa recapitulando sicut in deutronomio
conscripta secunda lex ... et nomine
legis nove sunt unum quidem a monte
Synai / hic aptat allegoriam comparationis
que ad duorum filiorum et duorum testamentorum
et duorum populorum ... originem
et primo ostendit quod ... ancilla et fi-
lium eius / secundo quid per liberam et filium
eius ibi / Illa autem que sursum est / Primo dicit
unum quidem q. d. ita per hoc significantur
duo quidem testamenta unum quidem scilicet
vetus datum in monte Synai / exodi xix
et xx deutronomii xxxiii / Quod de Synai
venit et descendit ortus est ... in servitute
generans scilicet populum iudaicum ~~timore~~ tradens
pene servitutem et promissiones temporalium
per occasionem eundem faciens suum peccati
eos
peccati / Vel sic quia prebebat occasionem
nalit sub peccati servitute et generavit
monte Synai datum est / Synai enim
interpretatur mandatum hunc ...
quod de mandato cum aliis gentes

superbie non deceant. Vel secundum glosam cui ma-
datum et quod est timore pene legi ser-
uire debeat quod est opus seruile et simi-
le que .i. cuius testamenti vetus figura
Agar .i. hoc significatur per Agar. Unde hic fit
relatio ad signum non ad signatum. Unde Agar
ancilla erat in seruitute pariens ideo filii
eius fuerunt alieni de hereditate Abra-
he. Unde secundum Lyra vetus testamentum de-
signatur per ancillam quia non generabat heredes
deo et filios regni sed suos qui timore pene
et cupiditate temporalium deo seruiebat
et ideo Agar interpretatur aduena quia
illi qui ad vetus testamentum pertinet
et pertinebat solo timore seruierunt
et ideo ab hereditate eternali alienati
sunt. Secundum Hugonem illa littera que sunt per alle-
goriam dicta exponitur sic quia Agar ancilla
que genuit filium in seruitute significat le-
gem que genuit et genuit populum iudaicum
in seruitutis iugo quia cogebat eum seruire
legi cerimoniarum suarum legalia sacrificia
offerre et innumerabilia custodire que
in primo non poterant sufferre et non solum
corporaliter seruiebant sed et maledictioni
subiecti erant qui non continuerunt in lege
dicta: Maledictus omnis qui non per-
manserit in hiis omnibus et itaque
secundum populus iudaicus seruus erat. Sara
autem libera que filium liberum genuit et
significat nouum testamentum que genuit populum
christianum liberum in baptismate non solum
ab originalibus et actualibus peccatis sed
et ab omni seruitio legis qui hereditate
Christi .i. vitam Christi hereditauit. Habuit
autem Abraham alios filios de Cethura
quam Hebrei dicunt esse Agar sed illi
non erant digni admitti ad primam
dignitatem. Sunt in ista etiam multi
sunt qui dum sunt in baptismate et qui

videntur esse filii Abrahe sed quia non
habent opera sed semper errores et scismata
et variis viciis se applicant ideo non me-
rentur frui hereditate patris celestis
cum electis et de hiis dicit Iohannes: Ex nobis
exierunt sed non erant ex nobis. Hec sunt
duo testamenta. Unde testamentum dicitur a testa-
toribus quia vetus testamentum habet testa-
tores angelos Moysen aliosque prophetas.
Sed nouum testamentum habet verum dominum
dominum Ihesum Christum et apostolos quod misterium
primum diuulgata. Secundum. Syna mons
est. Hic apostolus per aliud figuram
fundatur secundum allegoriam dicens Syna
mons .i. vetus testamentum datum in monte
Syna est in Arabia ss mon .i. in
humilitate et afflictione quia humiliabat
et affligebat Hebreos sub carnalibus
obseruanciis. Unde Arabia interpretatur humi-
litas vel afflictio. Qui iunctus .i. testamentum
in monte datum coniunctus est .i. per omnia
similis ei que nunc est Ierusalem .i. synagoge vel
iudaico populo que nunc est .i. que vel
que pura seruit et diligit quia sicut ve-
tus testamentum penas minatur et tempora-
lia promittebat ita synagoga iudeorum
seu populus iudaicus timore pene et
amore temporalium seruiebat et seruit cum
filiis suis tota synagoga inter se
singuli aut filii vel cum filiis suis
.i. populis qui timore seruiunt legi dei.
Secundum glosam. Nam secundum quod ad litteram mons
Syna quedam coniunctus est et erat
Ierusalem quoniam erat vicinus terre
promissionis sed apostolus magis intendit
hic secundum allegoriam qui dicit est. Et ideo
vetus testamentum comparat populo iudaico
dicens: qui mons Syna coniunctus est Ierusalem
non dico loci propinquitate sed quadam

ſtatu propoſito iheruſalem que nunc eſt i. iudaica
plebs que nunc eſt carnalis et terrena diligit
et temporalibus ſervit Vel ſecundum aliam allegoriam
que preceptis preceptis moralibus legis veteris
non eſt ſervanda tamen que conſuetudine ſervat
tamen que argumento celeſti alicat tamen que [illegible]
[illegible] [illegible] ſimiliat et temporalia ſervit
faciat tamen et que carnalibus obſervanciis officia
ſit et ſervat Sina enim mons eſt
in arabia id eſt provincia qui coniunctus eſt
ei que nunc eſt iheruſalem i. continuus eſt terre
promiſſionis in qua eſt iheruſalem et ſervit ipſam
iheruſalem cum filiis ſuis i. ſacerdotes et doctores
tales que in iheruſalem magis ſervabit cum
[illegible] ſuis deo [illegible] [illegible] legali
inſtitutos Vnde arabia provincia eſt
multas gentes et regiones continens
ſcilicet amonitas moabitas philiſteos et
ydumeos et alias quam plures in qua provin
cia eſt mons ſina tante longitudinis ac mag
nitudinis ut continuus ſit terre promiſſionis Servit
enim ſicut ſunt montes qui tangit ytaliam
et dividit ab aliis regionibus Omnia ergo hec
que apoſtolus ſcribit [illegible] ut adhuc
perveniret que non eſt demonſtrare ſina que eſt
vicinus terre iudeorum et oſtendit iudeos non
ſolum per legem quam acceperunt ſervos eſſe
ſed et convicinitate locorum quia mons ille
adherebat in quo legem ſervitutis acceperunt
Que illa autem que ſurſum eſt iheruſalem oſtendit que ſignificatur
per liberam et filios eius Vbi notandum que terre in
[illegible] ſunt iheruſalem hyſtorialiter proxi
tate terrena [illegible] [illegible] ſynagoga ſed
in iſta parte ſunt iheruſalem allegorice ſimi
litate eccleſia [illegible] [illegible] in libertas [illegible]
et affectus ſinceri [illegible] que per liberam ſig
nificabatur eccleſia que gratia legem novam [illegible]
filios eius ſpiritus [illegible] Vel agar ut dicitur
eſt ſynagoga et iheruſalem terrena ſervit
ſub lege. Illa autem iheruſalem i. eccleſia de
gentibus congregata que ſurſum eſt per affec
tionem que ſervit gloriam cum duobus gaudiis ipſe

gloſa

celeſtium libera eſt quia non conſtrictive ſed gaudio
ſervit non propter temporalia ſed propter celeſtia que eſt mater
noſtra i. omnium credentium et ſinguli fideles ut
dicit gloſa Nos et apoſtoli exemplo ſervit deo
ſpiritualitate Vel Sara interpretatur carbo carbonis
autem eſt calor et ſplendor ergo recte per Saram
ſignificatur eccleſia propter fervorem caritatis et ſplendorem
ſpiritus Vel eccleſia eſt mater electorum qui per
lavacrum gratie generantur liberi a peccato et heredes
regni facti Vel ſecundum Haymonem Illa autem que
ſurſum eſt iheruſalem Vel iheruſalem interpretatur viſio
pacis et eſt ſtatum eccleſia dum in [illegible] videt
et conſtat angelis et hominibus et partim iam
regnat cum chriſto partim autem adhuc peregrinatur
in terris ſed de illa que iam cum chriſto regnat in angelis
et hominibus [illegible] partim in corpore partim in anima
non eſt dubium que ſurſum ſit in celeſti beati
tudine ſed de iſta que adhuc peregrinatur in terris
querendum eſt quomodo ſit et dicatur eſſe ſurſum Vbi
ſciendum que licet corpore in terris [illegible] [illegible] mente
tamen habitat [illegible] dicens cum apoſtolo noſtra converſatio
in celis eſt et ſic celeſtia opera agit et illa
per que ad celeſte regnum ſit attingere que eſt
libera mater noſtra dicitur Vel apoſtoli et ſancti doctores
atque predicatores qui nos preceſſerunt ipſi ge
nuerunt nos in fide chriſti ſua doctrina et
ſuis ſcriptis atque exemplis de qua generatione
dicit apoſtolus corinthiis per euangelium vos genui
Vel Scriptum eſt enim Hic probat li
bertatem et fecunditatem eccleſie per auctoritatem
in qua quaſi hortatur eccleſiam ad iocun
ditatem dicens Scriptum eſt quaſi
diceret Vere eccleſia libera eſt et mater
quia ſcriptum eſt ysa. liiij. letare ſterilis
agimata letare in corde ſterilis eccleſia gen
tium ſterilis quia ante adventum chriſti fuit
ſterilis quia non pepererunt neque conventum pa
radiſi [illegible] et ideo dicit que non paris
ſcilicet actu quia tunc nullum filium deo genera
bat erumpe i. letitiam mentis exo oſtende
et clama i. gaudium tuum aliis predica

que non peperit i. ad gignendum filios xpo non
conaris quia multi filii magis i. plures sunt
filii tui olim deserte scilicet gentilitatis
non diloces pluris fecunditate. Unde
gentilitas deserta erat a viro quoniam
quia non erat vir in domo sua. proverbiorum
quam eius a. synagoge que habet virum i. le
gem. Unde lex appellatur vir quia sicut
vir et uxor domus sic per legem rege
batur synagoga et gubernabantur et nutri
bantur filii synagoge. primo regum ii° do
nec sterilis peperit plurimos et que multos
habebat filios quia iam sunt plures
filii ecclesie gentium quam unquam fuerunt
synagoge. Ex quo patet quod ecclesia habet
veram libertatem per gratiam novi testamenti
et ideo novum testamentum est accep
no(ta) tandum veteri iam relicto. Nota illa
littera. Que sursum est Ierusalem potest
exponi de ecclesia triumphante que com
mendatur a tribus / a positione / conditione
et perfectione / A positione sublimitatis
quia sursum. a conditione libertatis quia
libera. a perfectione caritatis quia mater
nostra. Quia scilicet illa civitas in
qua positio sublimitas / conditio liber
tas / perfectio est caritas / qui ergo vult
sublimari / liberari / diligi / tendat ad
illam civitatem / tendere debet quilibet
sursum ad illam patriam propter septem que
sunt ibi specialiter et eminenter. Primum
est fertilitas sine egestate cuius signum
est quia inde fluit omne bonum Jac(obi)
primo Omne datum optimum et omne do
num perfectum etc. Unde superiora influunt
in inferiora et non econverso. Secundum
est sanitas sine infirmitate cuius
signum erat quia mulier in fine in
clinata erat nec poterat sursum re
spicere luce xiii°. Unde superiora loca

saniora et salubriora sunt. Tertium est li
bertas sine servitute cuius signum est quia christus
qui desursum venit super omnes est Joh(annis)
iii°. Unde superiores homines liberi sunt et in
flore sunt. Quartum est pacatas sine dis
plicentia cuius signum est quia pax
pax christi manet ibi. ad coll(ossenses) iii° Si
consurrexistis cum christo que sursum sunt
querite. Unde societas superiorum solet appeti.
Quintum est serenitas sine repugnancia
cuius signum est quia nichil mali ibi
attingit. ps(almus) advocavit celum i. per
fectos desursum et terram i. malos deor
sum ut separet populum suum i. ad discernendum bonos
a malis. Unde loca et munitiones opido
superiores tanto tuciores. Sextum est
claritas sine obscuritate cuius est visio
quam vidit ezechiel capitulo viii° lumbi
eius sursum quasi aspectus splendoris.
Unde loca superiora clariora sunt. Sep
timum est eternitas sine defectu. deut(eronomii)
xxxiii° habitaculum eius sursum et inter
brachia sempiterna commorabitur. Unde su
periora magis subdita sunt eternitati et
non durabiliora ad istud sursum beatitu
dinis pervenitur per deorsum humilitatis. iiii
regum xix° mittet radicem deorsum
et faciet fructum sursum. Aliter potest hec
exponi in alia littera letare sterilis et dicitur hoc
de ecclesia gentium que diu et longo tempore mansit
sterilis a bono opere et deo filios non
generavit quia a destructione turris babel
que nunc babylon appellatur usque ad
adventum christi ubi cum divisum est
labium unius terre et cognitio dei ipso
la domo hebre mansit. dicitur ergo letare
i. gaude et exulta o ecclesia de gentibus
que antea sterilis eras et deo filios non
pariebas erumpe in gaudium et exclama
a primitia iocunditate que non

pietas quia plures filii accepti sunt erunt quam
synagoge que quondam habuit deum omnipotentem
virum protectorem suum / Vel. secundum glosam et
putatur sic legitur deum virum cum illum amisisse
habeat postquam despicit non habemus ergo aliud
exponere / Vel secundum beatum Augustinum et alios di
camus referentes ista ad etatem que iam regnat
cum Christo vetus que iam sterilis appellatur non
a bono opere et laude creatoris sui sed car
nali propagatione / postquam peccatum enim venit mo
rs quae nichil aliud est nisi dissolucio
elementorum et post mortem venit successio
filiorum a parentibus vita necesse est ut procreentur
filii carnales qui patribus mortuis vel
morituris succedant in hereditate sed in illa
beatitudine moritur ubi nemo moritur non
est necesse ut fiat successio filiorum per propa
gacionem carnis et ideo dicitur sterilis et spiriti
ca generando et dicitur letare sed o etiam
sterilis a carnali propagatione et non parturis
sed filios cum dolore et tristicia et nimia
anxietate quia plures filii deserte sed quon
dam gentilitatis videntur tibi quam synago
ga que olim habuit deum omnipotentem virum
vel que non glosatur sic legitur nunc omnibus
patet plures congregentur iusti ad gloriam semp
iternam quam condicione [illegible] contra prius
plus etiam / sed filios fideles ex gentilitate
quam ex synagoga / Nunc enim per omnes civitates
et regiones vicos et villulas gentes
clamat sic credere in Christum / iudeorum autem
nullus aut rarus invenitur qui sit in
synagoga legem custodiat / Vel aliter sic expo
natur Letare per quod nondum quia ante adventum
Christi gentilitas erat sterilitas quod deo fi
lios non pepererat quia non habuit virum id est
legem que ipsam regeret et fecundaret
Sed synagoga habuit virum id est legem ideo
ante Christi adventum gentilitas non parit
esset fecunda quia fecunda sed adveni
ente tempore gratie gentilitas habuit virum
scilicet Christum et eius [illegible] / per quem fuit
de ancilla libera et sterili fecunda et postquam

letabunda et ideo apostolus applicat ad tempus gra
tie dicens scriptum est enim letare sicut prius / Vel
sic Letare quia es libera et non sine prole
tas quia tibi habentes plura fecunditate
opera tempore gratie tibi quam virtus venit
multa erunt filii deserte id est tibi que fuisti
deserta et non legitimo viro copulata magis
quam eius que habet virum id est synagoga que
tunc habuit habebat virum legem per quam re
gebatur et hoc figuratum est in Anna et
Phenenna / Anna enim fuit sterilis postea
fecunda Phenenna vero primo fuit fecun
da et postea parere desiit / Sed nos autem
secundum apostolos ostendit ad quod pertinet cultores
fidei Christi vel ad quod dicitur filios a
brahe [illegible] apostolus [illegible] dicens nos autem
etc. / Ita dicit quod sunt duo filii abra
he scilicet Ysaac et Ysmahel autem fratres
sed nos o fratres secundum Ysaac promissionis fi
lii sumus non per naturam sicut Ysmahel
per gratiam et fidem spiritu geniti sicut Ysaac
de qua utitur dicit Johannes iii ubi quod
vocatus fuit [illegible] fratres cum
respiciat [illegible] filiacionem promissio
virum Ysaac signum et hec omnia per
fidem Christi habent secundum hanc nondum quod
sic promissio facta est abrahe super hoc
quod nasciturus esset ei filius dicente deo
ad eum in semine tuo benedicentur omnes
gentes / et sic est ex promissione natus
Ita et nos filii sumus promissionis Sed
Sed quoniam hic tangit statum duorum filiorum
quos ad conversionem dicens Sed quomodo sic tunc
tempore abrahe hic qui secundum carnem
id est propagacionem carnalem natus fuerat scilicet
Ysmahel persequebatur eum id est Ysaac
qui secundum spiritum id est secundum promissionem spiritus sancti
vel angeli factam / abrahe et Sare
senis et sterili contra naturam / Ita et nunc

simplex illi qui vivunt secundum carnem sicut iudei
sunt et heretici et omnes hereticos mali persecu-
tos qui vivunt secundum spiritum id est sanos bonos et
omnes enim qui pie volunt vivere in christo
persecucionem paciuntur / et non solum genitus ad
similitudinem ysaac qui interpretatur risus
et per hoc significat illi qui in leticia ser-
viunt deo / non coactus per sufficiencia aut necessitatem per-
secucionem paciuntur ab illo qui secundum car-
nem id est a dilectoribus mundi et ab ama-
toribus seculi illi paciuntur qui sunt dilec-
tores regni celorum despicientes contra animam
christi Sed quod dicit in quo hismahel perse-
quebatur ysaac quia nichil legitur de hoc
nisi quod ludebat cum eo et hoc displicuit
sare Unde sicut dicunt hebrei quod iste ludus
fuit quod ysmahel cogebat ysaac adorare
ymagines luteas vel forsan cogebat
eum ad aliquid aliud turpe agendum vel
sustinendum Ieronimus dicit de ludo ysma-
hel et ysaac iudei varia dixerunt
quidam dicunt quod volebat eum provocare quedam
genera ludi ad pilam talos pticam in manu
ubi optebat eum debilitari ut indignus
fieret honore primogeniti et hereditatem di-
visi prima / quidam dicunt quod volebat ei
suadere cum blasphemias turpitudinibus misceri
per quo notabilis et despectus haberetur apud
patrem et matrem et ita indignus fieret
honore primogeniti / sed quicquid illud fuit placet
apostolo illum ludum non fuisse simpliciter quia
mater indignata precepit matrem cum fi-
lio a domo et a consortio filii liberi eicere
Nam bene apostolus in lege valde instruc-
tus a gamaliele magistro suo omnem scientiam
legis et prophetarum intellexit / et similiter
intellexit illum ludum non fuisse simpli-
cem quem appellavit persecucionem vole-
bat enim eum leve et servile facere et ita
dignitate privare Notandum quod gentes
vocantur sarraceni qui tamen dicunt se
vocari agarenos quia de ipsa agar

egypcia ad literam descendunt sed iudei
ad literam sunt sarraceni et de sara descendunt
sed loquendo per figuram tunc soli christiani qui sunt filii
libere sunt sarraceni et omnes alii agareni
Sed quid dicit scriptura id est deus non spirituum
appetitoribus sed non est curandum quod eum dicit
scriptura genesis xxi ubi sara dixisse
abrahe eice ancillam et cetera et ipse abra-
ham a deo monitus acquievit ei et
eiecit utrosque scilicet agar et ysmahel sic
iudei et synagoga et heretici eiecti sunt
de ecclesia quantum ad proprietatem et veram
libertatem Unde dicit eice ancillam id est sy-
nagogam et filium eius id est populum iudeorum
et non solum sunt eiecti de ecclesia quantum ad
proprietatem et veram libertatem sed eciam quantum
ad hereditatem / Moraliter eice ancillam
id est malam voluntatem id est affectum car- et filium eius
nalem et opus peccati Unde mali christiani
heretici qui intelliguntur per ancillam cum
dixerunt nimis / et unusquisque filius non est
heres regni quia non credunt se esse
christos esse filios per graciam et veram
primam et hereditatem Non enim erit heres
filius ancille id est iudeus filius syna-
goge cum filio libere id est cum christiano fi-
lio ecclesie sicut nec mali cum bonis Iudicum
xi heres in domo patris mei esse non
poteris quia de adultera muliere natus es Unde
in mobilibus et bonis temporalibus permixti
sunt mali cum bonis ymmo mali aliquando
plus habent de temporalibus quam boni sed in here-
ditate soli boni participant / Unde abra-
ham filiis concubinarum largitus est munera
sed ysaac reservavit hereditatem sed dicis
quomodo abraham potuit eicere agar cum
esset uxor / cum inter virum et uxorem
debeat esse et sit individua vite
consuetudo Respondeo quod hoc factum fuit
dei instinctu et condigna dispensacione
et revelacione Ieronimus dicit eice ancillam

spiritualiter sic intelligitur quod deus iudei filii ancille legi voluit esse subiecti circumcisioni et aliis sacrificiis legalibus non credentes se per passionem Christi posse salvari et quod deus voluit nos per Christum qui sumus filii libere tunc ab hereditate esse sed repellendi. Non enim erit heres filius ancille, id est filius peccati et male concupiscencie que potest intelligi per ancillam, filius carnalis legis qui lege carnaliter desiderat vivere non erit heres hereditatis vite celestis cum filiis libere qui liberi efficiuntur in baptismo non solum ab originali peccato sed eciam ab omni legis servitute. Sequitur Itaque fratres. Hic concludendo epistolam ex adopcione predicta infert dicens Itaque fratres non sumus ancille filii, id est synagoge ut fuimus legi et peccato, sed libere, id est ecclesie militantis et triumphantis cum tribulacione oportet nos esse filios libere. Ad Ebreos xii quod si extra disciplinam estis ergo adulteri et non filii estis. Sumus inquam filii libere et hoc ea libertate qua nos Christus liberavit scilicet a servitute legis peccati et dyaboli et apertius peccati. Joh. viii Si filius vos liberavit vere liberi eritis. Unde Christus liberavit nos per graciam suam capitulo sequenti ergo condicio est libertatis quod filii libere est pura libertas quia non filii ancille est vera libertas est quam Christus nos liberavit. Spiritualiter Sara ancillam, id est carnalem voluptatem et filium, id est opus peccati. Unde peccatum iustificat [?] … maculam ideo dicit ancilla separat [?] … offensam … multiplicat … de filio … filium … Aliter spiritualiter Itaque fratres non sumus ancille filii sed libere, id est non sumus filii legis que suos observatores servos facit sed filii nove gracie et filii ecclesie per baptismum et per dona spiritus sancti que accepimus in baptismo et in imposicione manuum episcoporum et percepcione corporis

et sanguinis domini nostri Ihesu Christi cum participamus, et in libertate liberi sumus. Quia Christus nos liberavit per passionem suam et per baptismi graciam. Omnis enim qui fide Abrahe est et imitator existit operum Abrahe utique filius est Abrahe non per naturam sed per imitacionem sicut alibi dicit apostolus Si ergo vos Christi ergo vos semen Abrahe estis. Unde qui fide et hiis bonis operibus non se ornat non reputabitur inter filios Abrahe nec accipiet hereditatem celestem cum ipsis. Unde apparet laborandum est omnibus nobis ut fidem qua … bonorum operum studeamus decorare et ita veri imitatores illius effici ut libertate vivamus que est vita eterna consequamur quod nobis concedat Ihesus Christus dominus.

Pa [?] In passione domini

Xpistus assistens

